MAteria confirmatiōis (vt patet ex pꝛedicta diffinitione(eſt criſma: in quo quidā criſmate ſunt duo. ſ. oleū oliuaꝝ ⁊ balſamus. Et ratio quare iſta duo ſunt materia huius ſacramēti: eſt inſtitutio xp̄i qui inſtituit iſta duo eſſe materiā huius ſacramenti/ lʒ enī nō inueniatur in euangeliis ꝙ xp̄s iſtud ſacramentū inſtituerit: tñ beatus petrus qui fuit vicarius xp̄i paſtoꝛ/ ac rectoꝛ vniuerſalis eccleſie ita docuit/ ita pꝛedicauit ⁊ pꝛomulgauit xp̄m inſtituiſſe. Et lʒ iſta ꝓmulgatio nō inueniatur in canonicis. i. in ep̄lis bti petri/ tñ dñs papa habet in decretis romane eccl̄ie: ⁊ poteſt haberi ex obſeruantia pꝛimeua totius eccleſie vniuerſalis a tp̄e petri vſqʒ nunc que quidem obſeruātia p̄eminet auctoꝛitati cuiuſcūqʒ: cū vniuerſalis eccl̄ia regat a ſpū ſctō ⁊ errare nō poſſit. Et ſi queratur/ quare euangeliſte nō poſuerūt in euangeliis materias ⁊ foꝛmas ſacramentoꝝ. Ad hoc rñdet beatus Dionyſiꝰ in libꝛo de celeſti hierarchie dicens ꝙ euangeliſte noluerunt hoc facere: ne materie ⁊ foꝛme ſacramentoꝝ venirēt in de riſionem infideliū: q̄m ſcđm qđ dicit ſaluator margarite non ſunt ponende ante porcos. Secus tñ eſt de baptiſmo: qꝛ baptiſmus eſt ſacramētū maxime neceſſitatis cū ſine baptiſmo nullus ſaluari poſſit: ideo oportuit ꝙ forma eiꝰ eſſet oībus cōis ⁊ manifeſta/ idcirco euāgeliſte poſuerunt eam expreſſe in euangeliis. Aſſignatur tñ a doctoribus talis ratio: quare criſma eſt propria materia huius ſacramenti/ qꝛ in criſmate (vt dictum eſt) ſunt duo. ſ. oleum oliuarum ⁊ balſamus. Et proprietates iſtoꝝ maxime conueniunt huic ſacramento/ quia oleum oliuaꝝ eſt nutrimentum ſplendoris/ et ideo ponitur in lampade vt lumē poſſit ibi durare: ideo oleum eſt ſignum maioris voti ⁊ luminis fidei: quā fidē debet habere pre ceteris confirmatus: qꝛ tenetur ſe expreſſe obiicere perſecutoribus fidei: ⁊ confiteri fidē etiā abſqꝫ hoc ꝙ requiratur. Unñ de confirmato dicitur in pſalmo. Inueni dauid ſeruū meum in baptiſmo ſuceptione: oleo ſancto meo vnxi eū in ꝯfirmatione auxiliabitur eni ei manus mea in fidei perſecutione. Balſamus autem ratione fragrantie ſue deſignat odorē bone fame et opinionis que debet eſſe in confirmato. Unde in eccleſiaſti. ca. xiiii. Sicut cynamomū et balſamū aromatizans odorē dedi. Arguunt ergo doctores ſic. Illud eſt propria materia ſacramēti ꝯfirmationis: cuius ꝓprietates maxime conueniūt effectui ipſius ſacramēti: ſed iſta ſcꝫ oleum oliuaꝝ ⁊ balſamus ſūt hmōi: ergo iſta ſunt ꝓpria materia ſacramenti cōfirmationis. ¶ Sciendū aūt ꝙ iſta primo debent eſſe ſctificata ſeu bñdicta ab epō anteꝗ̄ ſint propria materia huius ſacramenti. Cuiꝰ rō aſſignat̃ de ſācto thoma de aquino in. iiii. ſuo. qꝛ in ſacramētis que xp̄s recepit in corpore ſuo nō requirit̃ ſanctificatio materie eoꝝ. qꝛ ipſe tactu ſui ſctiſſimi corporis ſctificauit ea/ ⁊ iō qꝛ xp̄us fuit baptizatus: non requiritur de neceſſitate ſacramenti ꝙ aquã pꝛius benedicatur anteq̃ ſit materia baptiſmi/ qm̄ (vt dicit beda) chꝛiſtus tactu ſue mundiſſime carnis vim regenerationis contulit aquis. Quia etiã xp̄s ſuſcepit ſacramentũ euchariſtie in ſeipſo. nõ requirit̄ ꝙ panis et vinũ pꝛiꝰ bn̄dicant̄ anteq̃ ſint materia ſacramenti euchariſtie. Sed in illis ſacramenris que xp̄s nõ ſuſcepit in ſeipſo: req̄rit̄ ꝙ p̄cedat materie ſctĩficatio. Et qm̄ xp̄s nõ ſuſcepit ſacramentũ ꝯfirmationis ĩ ſeip̄o: iõ in ꝯfirmatiõe req̄rit̄ materie ꝯſecratio. Et idẽ dico de ſacramento oꝛdinis/et de ſacramẽto extreme vnctionis. Alia rõ aſſignat̄ ab eodẽ doctoꝛe in vltimã p̄te ſumme ſue: qꝛ in illis ſacramentis in q̄bus requirit̄ miniſter ſpẽaliter ꝯſecratus req̄ritur ꝙ materia ſacramenti ꝯfoꝛmiter ſe habeat ad miniſtꝝ ſacramẽti: ſed in ſacramẽto ꝯfirmationis req̄ritur miniſter ſpecialiter ꝯſecratꝰ s. l. ep̄s: quare in ſacramento confirmationis req̄ritur materia ſpecialiter conſecrata. In alia autẽ materia non p̄õt fieri hoc ſacramentũ.

¶ Ca.iii. De foꝛma confirmationis:

Foꝛma iſtius ſacramenti ſunt verba que ep̄us dicit qñ facit crucẽ in fronte ꝯfirmandi cũ criſmate/que ſunt iſta. Conſigno te ſigno crucis/cõfirmo te criſmati ſalutis. In noie p̄ris et fi. ⁊c̄. Quod aũt foꝛma illa ſit cõueniens foꝛma huius ſacramenti: ptꝫ/ qm̄ illa foꝛma eſt conueniens foꝛma ſacramenti: per quam et in qua expꝛimuntur ea que ſunt neceſſaria ad ſacramentũ cõfirmationis/ ſed in iſta foꝛma que ſunt neceſſaria ad ſacramentũ ꝯfirmationis expꝛimunt̄/ qꝛ in confirmatione eſt neceſſaria perſona miniſtri conferentis ſacramentũ: et iſtud expꝛimitur: cũ dicit̄. Conſigno ⁊ cõfirmo. ⁊c̄. Eſt inſuper ibi neceſſaria ꝑſona ſuſcipiens ſacramentũ: que expꝛimitur cũ dicitur te. Eſt ibi etiam neceſſaria materia ſacramenti/ que expꝛimitur: cũ dicitur criſmate. Eſt inſuꝑ ibi neceſſa ria virtꝰ dei ꝯferētis efficatiā ſacramento:ꝙ expꝛimit᷑ cū dicit᷑. In noīe pr̄is.⁊c̄. Effectus etiā ſacramēti expꝛimit᷑ in iſta foꝛma:ſed iſtud videbit᷑ infra / qñ aget᷑ de effectu eiuſdē quare manifeſtū eſt ꝙ iſta foꝛma eſt ꝯueniēs foꝛma huiꝰ ſacramēti.

¶ Ca.iiii. De miniſtro ꝯfirmatiōis

MInifter huiꝰ ſacramēti ꝯfirmatiōis eſt ſolus ep̄us. Cuius ratio aſſignat᷑ a doctoꝛibus talis. Sicut eſt in politia coꝛpoꝛali bene oꝛdinata:ita ſuo modo debet eſſe in politia ſpirituali·ſed ſic eſt in politia coꝛpoꝛali bene oꝛdinata:ꝙ ꝓmouere aliquē ad ſtatū ⁊ graduꝫ excellentie ſuper alios:ꝑtinet ad illum qui habet curā cōmunitatis ſcꝫ ad pꝛincipē: qꝛ ergo cōfirmatus ꝑ ſacramentū confirmationis ponitur in ſtatu excellentie ſuꝑ alios cū confirmatus efficiatur miles xp̄i.ideo conferre ſacramentum confirmationis ꝑtinet ad ſolum ep̄m ꝗ habet curā totius cōitatis in ſua dyoceſi. Sed querit᷑ vtꝝ in caſu neceſſitatis aliꝰ ꝗ̄ ep̄s poſſet confirmare? Dicendū ꝙ in materia iſta doctoꝛes ꝯtraria nt᷑ ſibiinuicem. Aliqui dicunt ꝙ papa poſſet cōmittere cuicūqꝫ fideli viro ꝙ miniſtret ſacramentū ꝯfirmatiōis. Et aſſignāt talē rationē. Ille qui tenet locū xp̄i in t̄ris ⁊ habet plenitudinē p̄tātis in eccl'ia dei poteſt diſpenſare in ſacramētis oībus que non ſunt inſtituta a xp̄o:ſed nō legitur in toto canone noui teſtamenti ꝙ xp̄s inſtituerit ſacr̄m confirmationis dari a ſolis ep̄is: ergo papa qui habet plenitudinē poteſtatis in eccleſia:⁊ tenet locū xp̄i pōt oꝛdinare ꝙ iſtud ſacrameatum conferatur ab aliis ꝗ̄ ab ep̄is. Alii doctoꝛes dicūt contrariū ſcꝫ ꝙ papa nō pōt ꝯmittere alicui/niſi ſit ep̄s ꝙ ꝯferat ſacramentum ꝯfirmationis. Quoꝝ ratio eſt/qꝛ in illis que ſūt de neceſſitate ſacramēti nō pōt ꝑ papā aliqͩ immutari: ſed ep̄s de neceſſitate ſacramenti confirmationis eſt miniſter huius ſacramenti:ergo non poteſt per aliquē fieri

¶

papa ꝙ alius q̄ ep̄us conferat iſtud ſacramentū. Maioꝛ huius rōnis ab oībus ꝯcedit᷑: minoꝛ ꝓbat᷑/qꝛ ſicut de ei⁹ neceſſitate eſt ꝙ eius materia ſit ſanctificata/nec aliquis poteſt iſtud mutare:ſic de neceſſitate eius eſt ꝙ eius miniſter ſit ſanctificatus:que ſc̄tificatio fit in ſpūali vel epiſcopali ꝯſecratiōe:quare ſolus ep̄s de neceſſitate eſt miniſter huius ſacramenti. Alii tn̄ doctoꝛes tenēt viam mediam dicentes papa nō poteſt cōmittere cuicūqꝫ fideli indifferēter ꝙ conferat hoc ſacramentū:ſed omni ſacerdoti pōt cōmittere. Et rationē pꝛimi dicti aſſignāt:qꝛ nulli pōt committi ꝙ habeat ptātem ſupꝛa coꝛpus xp̄i myſticū ad minus quo ad diſp[illegible]ſationē ſacramētoꝝ/niſi habeat ptātē ſupꝛa coꝛpus xp̄i veꝝ:q̄ ſupꝛa coꝛpus xp̄i myſticū ptās deſcendit a ptāte ſuꝑ coꝛpus xp̄i veꝝ:ergo ſoli ſacerdoti pōt ꝯmitti ꝙ habeat ptātē ſupꝛa coꝛpus xp̄i myſticū/⁊ hoc in diſpenſando ſacramento:ſed miniſtrando ſacramentum cōfirmationis habet᷑ ptās ſupꝛa coꝛpus xp̄i myſticū:quare ſoli ſacerdoti poteſt cōmitti ꝙ ſit miniſter ſacramenti confirmationis. Rationē ſcd̄i dicti aſſignāt ex quodā decreto in quo legit᷑ ꝙ gregoꝛius papa cōmiſit quibuſdam ſacerdotibus anglie ꝙ vngerent baptizatos in fide cū criſmate:ſed in tali vnctione confertur ſacramentū confirmationis:quare poteſt cōmitti ſacerdotibus a papa conferant hoc ſacramentum. Et hoc vltimū reputo verius.

¶ Ca. v. De ſuſcipientibus confirmationem.

SAcramentū confirmationis debent recipere omnes baptizati/tam viri q̄ mulieres:qꝛ ſecus eſt de militia ſeculari ⁊ de militia ſpirituali:qm̄ militiam ſecularem non debent recipere mulieres:ſed ſolum viri/qꝛ mulieres non ſunt apte ad pugnandum coꝛpoꝛaliter. Militiā aūt ſpiritualem poſſunt recipere omnes indifferenter.tam viri q̄ mulieres/qꝛ tam viri q̄ mulieres ſunt apti ad pugnā dum ſpiritualiter contra ꝑſecutoꝛes fidei:ſed militia ſpiritualis datur in confirmatione:quare ſacramentū iſtud poſſunt recipere tam viriq̄ mulieres. Et hoc eſt quod dicit apl's. In xp̄o ieſu neqꝫ maſculus neqꝫ femina:quaſi velit dicere ꝙ quo ad xp̄m nō eſt dr̄ia de maſculo ⁊ femina. Sed nunquid pueri ſunt confirmādi? Dicēndū eſt ꝙ ſic. ſtati cū incipiant habere vſum rationis:qꝛ tunc ſunt apti ad confitendū fidē xp̄i. ⁊ in ſacramento iſto datur ſpūs ſāctus ad robur:vt fides xp̄i audacter recipiat̄ ⁊ cōfiteatur Sed nunquid ſine pctō pōt aliquis omittere ne vnq̄ recipiat ſacramentū confirmationis? Dicendū ꝙ ſine iſto ſacramento pōt eſſe aliquis ſaluus/qꝛ multi non confirmati ſaluantur:ſed ſi occurrat opoꝛtunitas ſuſcipiendi illud ſacr̄m quilibet debet illud ſuſcipere. Et ſi ſine cauſa rationabili omittit ip̄m ſuſcipere peccat moꝛtaliter. Cui⁹ rō eſt qꝛ quilibet quantū eſt in ſe:debet ſe diſponere ad ſuſcipiēdum grām vel eius augmentū ſi ſit capax eius:ſed in ſacramento confirmationis ſi digne ſuſcipiatur: confertur grā ⁊ auget̄ ergo q̄libet habita opoꝛtunitate debet ſuſcipere iſtud ſacramentū. Ideo ſacerdotes curas aīaꝝ hn̄tes debent inſtruere parochianos ſuos vt qn̄ ep̄us erit in parochia pꝛeſens/ſuſcipiant iſtud ſacramentum.

¶ Ca.vi. De ritu confirmationis.

RItus iſti⁹ ſacr̄i ꝯfirmationis eſt qn̄ aliq̄s ꝯfirmatur inungit̄ ꝑ modū crucis ab ep̄o in fronte cū criſmate ſub foꝛma pꝛedictoꝝ verboꝝ/puta. Conſigno te.⁊c̄.⁊ iſte ritus eſt conueniens. Cui⁹ rō eſt:qꝛ in ritu ſacramēti debet ſignari virtus ⁊ effect⁹ ſacr̄i/modo virtus et effectus ſacr̄i confirmationis eſt ꝙ ꝑ ip̄m dat̄ ſpūs ſctūs ad audacter fidē xp̄i cōfitendum/⁊ ꝙ ꝑ ipſum confirmatus efficit̄ pugil xp̄i/et iſta ſignant̄ in ritu ipſius ſacramenti. Nā ꝑ vnctionem ſignatur ꝙ ꝯfirmatus in cōfirmatione efficit̄ pugil xp̄i: nā antiquitꝰ pugiles inungebantur ꝑ aliā aūt ſignat̄ ꝙ ꝯfirmatꝰ debet audacter cōfiteri fidē xp̄i. Nā a confeſſione xp̄i pōt aliq̄s impediri ꝓpter duo ſcʒ ꝓpter verecundiā/ vel ꝓpter timorē. Cōtra primū fit confirmato crux in fronte cū criſmate: vt videlʒ nō erubeſcat ꝯfiteri fidē xp̄i: qꝛ in fronte primo apparet verecūdia: qꝛ qn̄ homo verecundat̄: frons incipit primo erubeſcere. Ideo cōtra ruborem verecundie inungitur frons. Sed contra timorem fit etiā crux in fronte: qꝛ qn̄ homo timet: incipit frōs et etiā tota facies palleſcere. Ideo contra timorem cōfirmatus munit̄ ſigno crucis. Alapa aūt que datur ꝯfirmato non eſt de neceſſitate ſacramēti: ſed ſolum propter memoriā datur. Locus aūt vnctionis debet etiā aliquo panno mundo inuolui: propter reuerentiam ſacramenti.

¶ Ca. vii. De effectu confirmationis.

Effectus huiꝰ ſacramēti eſt: qꝛ vt dictū eſt ſpūs ſctūs ad robur ⁊ audaciā ꝯfitēdi nomē xp̄i ⁊ fidē in eo datur. Vn̄ niſi ſit obex .i. impedimentū ex ꝑte ſuſcipiētis in ſacramēto iſto dat̄ noua gr̄a vel antiqua auget̄. Eſt etiā alius effectus iſtius ſacramenti: qꝛ per ipſum ſi bene ⁊ digne ſuſcipiat̄: pctā oblita mortalia ⁊ venalia dimittūtur. Per iſtud etiā ſacramētum imprimit̄ caracter: vt ſupra dictū eſt: ideo iſtud ſacramentū non debet nec poteſt bis ſuſcipi: immo qui ſcienter bis ſuſciperet: meret̄ ſcd̄m leges decapitari: vt ſupra dictū eſt de bapti. ¶ Sciendū aūt ꝙ caracter confirmationis preſupponit caracterē baptiſmi/ qꝛ nullus poteſt ſuſcipere iſtud ſacramētū niſi fuerit baptizatus: per iſtud etiā ſacr̄m contrahit̄ cognatio ſpūalis: ſicut ꝑ baptiſmū que impedit matrimoniū ꝯtrahendū et dirimit iam cōtractū. De hoc dicet̄ infra qn̄ aget̄ de matrimo. Et hec de ſacramēto confirmationis dicta ſufficiant.

¶ Tractatꝰ quartꝰ prime partis principalis eſt de ſacra mento euchariſtie.

¶ Ca.i. Quid ſit euchariſtia ⁊ vnde dicatur.

POſtꝗ̄ dictū eſt de ḡnatione ſpūali q̄ fit in baptiſmo:⁊ de augmēto ſpūali qđ fit in ꝯfirmatione. Dicēdū eſt de ſpūali nutrimēto qđ datur in ſacramento euchariſtie Circa qđ conſideranda ſunt vndecim. Pꝛimo quid ſit euchariſtia. Scđo de miniſtro euchariſtie/ſeu miſſe q̄ ⁊ qualis debet eſſe. Tercio de materia euchariſtie que ⁊ qualis debet eſſe. Quarto de foꝛma euchariſtie. Quinto in quo loco debet celebꝛari miſſa. Sexto de tp̄e quo debet celebꝛari miſſa. Septimo quotiēs in die debet celebꝛari. Octauo de veſtib⁹ quibus debet indui ſacerdos in miſſa. Nono cui dꝫ dari ſacramentū euchariſtie. Decimo de ritu miſſe Undecimo de defectibus q̄ pñt occurrere in miſſa. Euchariſtia pōt ſic diffiniri. Eſt ſacrm̄ coꝛpoꝛis et ſanguinis contentoꝝ ſub ſpēbus panis ⁊ vini virtute verboꝝ a ſacerdote pꝛolatoꝝ. Et dꝫ ab eu qđ eſt bonū:⁊ caros gr̄a:qꝛ in eo continet̄ ille qui eſt fons gr̄e ſcꝫ xp̄s:de cuius plenitudine omnes accepimus gr̄am: vt dꝫ Joh.ii.ca.

¶ Ca.ii. De miniſtro euchariſtie.

MIniſter ſacramenti euchariſtie/id eſt miniſter qui poteſt ⁊ debet celebꝛare miſſam eſt ſacerdos rite et legitime oꝛdinat⁹ ſine pctō moꝛtali exiſtens:⁊ cui non eſt pꝛohibitū celebꝛare. Dico q̄ pōt ⁊ debet:qꝛ multi pñt qui non debent celebꝛare ſicut ſacerdotes heretici/vel excōicati/vel ſciſmatici/vel degradati:qꝛ ſi celebꝛāt:veraciter conficiunt coꝛpus xp̄i/tn̄ peccant moꝛtaliter in dicendo miſſam:⁊ nō ſolū ipſi celebꝛātes:immo oīs q̄ audiūt eoꝝ miſſam:ſi ſint notoꝛie tales. Dico rite ⁊ legitime oꝛdinatus:qꝛ nullus niſi ſit rite ⁊ legitime oꝛdinatus in ſacerdotem poteſt celebꝛare miſſam. Intelligendū eſt tn̄/ꝙ alq̄s non rite et legitime oꝛdinatus poteſt eſſe duobus modis

Unomodo ꝙ.ſ.oꝛdinatione ſua omittat̃ aliq̄d quod ſit de eſſentia oꝛdinis vel oꝛdinationis:ſicut ꝙ non oꝛdinet̃ ab ep̄o:vel qn̄ oꝛdinat̃/ei manꝰ nō inungant̃:vel ꝙ nō tradatur ei calix:vel ꝙ oꝛdinans nō dicat v̄ba debita ⁊ ſtatuta vel ꝙ non habeat intentionē oꝛdinandi/⁊ talis nullomō poteſt celebꝛare:qꝛ talis non eſt ſacerdos.Alio modo.ſ.ꝙ in oꝛdinatione ſua ſeruatis oībus que ſunt de eſſentia oꝛdinis vel oꝛdinationis omittat̃ aliq̄d eoꝝ q̄ ſunt de ſolēnitate oꝛdinis vel oꝛdinationis ⁊ talis bn̄ pōt celebꝛare/tn̄ credo ꝙ nō debet potiſſime ſi ex negligentia ſua fuerit aliq̄d tale omiſſum.Quid autē ſit de eſſentia oꝛdinis vel oꝛdinationis ⁊ q̄d de ſolenitate nō eſt p̄ntis ſpeculationis Qꝛ ſcire iſtud magis ſpectat ad ep̄m q̄ ad ſimplicē ſacerdotē.Dico etiam ſine pctō moꝛtali exn̄s:qꝛ nullus in pctō moꝛtali exn̄s debet celebꝛare miſſam. ¶Notādum tn̄ ꝙ aliquē eſſe in pctō moꝛtali pōt itelligi duobꝰ modis.Uno modo vt ſit in pctō notoꝛio.Alio modo vt ſit in pctō moꝛtali occulto.Pꝛimomodo ſi ſit notoꝛius hereticus/ſciſmaticus/excōicatus/ſymoniacus/vel foꝛnicarius:non ſoluꝫ ipſe peccat in celebꝛādo:immo oēs q̄ audiūt miſſā eiꝰ.Et rō eſt:qꝛ iſta quattuoꝛ crimina maxime repugnāt huic ſacramento.Nam in hoc ſacramēto eſt ſecretū fidei:ideo repellantur heretici.Et eſt vinculū charitatis:iō repellantur ſciſmatici et excōicati.Eſt etiā vas grē vnde vocatur euchariſtia:ideo repellunt̃ ſymoniaci qui grām emūt ⁊ vēdunt.Eleuat inſuꝑ hoīem ad ſtatū ſpūalem:iō repellunt̃ foꝛnicarii notoꝛii:q̄ omnes ſunt carnales Et dicunt̃ notorii foꝛnicarii:non ꝓpter ſuſceptionem vel alia ſigna ꝓbabilia:ſed qꝛ ſunt ſcd̄m iuris oꝛdinē ꝯdēnati de tali crimine:vel ſponte in iudicio cōfeſſi/vel canonice conuicti:vel ꝓpter euidētiā facti qn̄ factū eſt ita notoꝛiū ꝙ nō indiget teſtibꝰ:cū nō poſſit aliqua tergiuerſatiōe celari.Si ſit in pctō mortali occulto:ſciendū ꝙ aliquē eſſe in pctō mortali occulto/poteſt intelligi tribus modis.Uno modo vt iam commiſit vel ſcit ſe ꝯmiſiſſe tp̄e preterito aliqđ pctm̄ mortale de quo nō dolet/nec peniteat/nec ꝯterit̄.Et talis ſic celebrās nō ſolum peccat mortaliter:immo mortaliſſime. Et de tali dicit apl's:ꝙ qui manducat ⁊ bibit indigne:iudiciū ſcꝫ mortis eterne ſibi mādūcat ⁊ bibit̄. Alio mō aliq̄s pōt eſſe in pctō mortali occulto : qꝛ ſcꝫ cōmiſit aliqđ pctm̄ mortale qđ nō fuit ꝯfeſſus:tn̄ nō recolit de illo pctō.Et talis aut diligenter examinauit ꝯſcientiam ſuā anteꝙ poneret ſe ad celebrādū:⁊ nullo mō ꝑtuit recordari de illo peccato:⁊ eſt in ꝓpoſito ꝙ ſi recordaretur confiteret̄ illud peccatū ⁊ faceret penitentiā de illo ⁊ in generali ꝯterit̄ de omnibus pctis oblitis:⁊ tunc iſte nō peccat celebrando:immo virtute ſacramenti miſſe meret̄ veniaꝫ ⁊ abſoluit̄ de illo pctō. Et ita intelligit̄ illud verbū eximii doctoris aug.ꝙ illđ ſacramentū viuificat mortuos.i.illos q̄ iſto mō exiſtūt in pctō mortali celebrāt:tn̄ ſi poſtea talis recordatur de illo peccato:tenetur de illo cōfiteri.Et ideo quilibet tenet̄ anteꝙ ponat ſe ad celebrandū diligenter examinare conſcientiam ſuā ſi ſit in pctō mortali vel nō.Et ita precepit beatus paulus dicēs.Probate autem.i.examinet ſeipm̄ homo:⁊ ſic de pane illo edat/⁊ de calice bibat.Si aūt exn̄s in pctō mortali de quo nō recordatur exponat ſe ad celebrandū anteꝙ examinauerit aliquo modo conſcientiam ſuam:credo ꝙ peccat:qꝛ eſt tranſgreſſor precepti apl'i iā dicti.ſ.illius ꝓbet ſeipſum homo.⁊c̄.Tertio mō aliq̄s pōt eſſe in pctō mortali.ſ.qꝛ recordatur ſe determinate aliqđ pctm̄ mortale ꝯmiſiſſe/⁊ tunc aut iſte habet in pn̄ti copiā confeſſoris aut non:ſi ſic:tenet̄ anteꝙ celebret confiteri ⁊ niſi confiteat̄ peccat mortaliter in celebrando/nec ſufficit ſibi ꝯfeſſio generalis:que fit in principio miſſe/quia iſta confeſſio extendit ſe ſolū ad pctā venialia ⁊ nō ad mortalia: maxime ad illa de quibus homo nō recordat. Si aūt talis nō habeat copiā ſacerdotis aut imminet ſibi neceſſitas celebrandi/puta qꝛ ipſe eſt curatus/et eſt dies dñica: vel dies ſolēnis/⁊ pp̄lus ſibi cōmiſſus vult audire miſſam et eſſet ſcandalum in populo niſi ipſe celebraret: vel forte aliq̄s parochianus ſuus eſt infirmus periculoſe: ⁊ req̄rit iſtū ꝙ det ſibi corpus xp̄i ⁊ iſte nō habet hoſtiā ꝯſecratā quā det ſibi/vel imminet ſibi aliqua neceſſitas celebrādi ſicut ſunt nuptie vel aliquid tale. In iſtis caſibus ⁊ ſimilibus ipſe tenet cōteri ⁊ penitere de pctō ſuo/et eſſe in ꝓpoſito ꝯfitendi ipm̄ qn̄ habebit oportunitatem: et dicat miſſam in noīe dñi: qꝛ xp̄s qui eſt ſummus ſacerdos abſoluit eū ſi cōfiteatur poſtea qn̄ habebit copiam confeſſoris. Si autē iſti (vt dictū eſt) q̄ ſic exiſtit in pctō mortali nulla immineat neceſſitas celebrandi: nullo modo ſe exponat ad celebrandū/qꝛ abſqꝫ dubio ſi celebraret mortaliſſime peccaret. Sed pone aliquis ſacerdos recipit pecuniam ab aliquo vt dicat miſſam de Requiē/vel aliquā aliā: nūquid talis ſacerdos habet neceſſitatē legitimā celebrādi ita ꝙ poſſit celebrari exñs in pctō mortali abſqꝫ hoc ꝙ ꝯfiteatur qn̄ non habet copiam confeſſoris: Dico (ſaluo meliori iudicio quantum michi videtur) ꝙ nullus ſacerdos debet accipere pecuniā pro dicēdo miſſam: ita ꝙ intētio ſua ſit ſic ꝙ eq̇paret miſſam precio pecunie: tñ ſcd̄m ꝙ dt apoſtolus. Si ſpiritualia vobis ſeminamus: nō eſt mirū ſi tēporalia veſtra metamus. Nō eſt ergo ꝓhibitum qn̄ ſacerdos ꝓ ſuſtentatione vite ſue/non ꝓ precio miſſe recipiat pecuniam ab eo ꝓ quo dicit miſſam: maxime qn̄ ſacerdos nō habet ſufficiētes redditus ꝓ ſuſtentatione vite. Sed nunq̄d talis receptio pecunie eſt neceſſitas legitima celebrandi excuſans iſtum: vt exiſtens in pctō mortali poſſit celebrare missam absq; pctō. siue hoc ꝙ ꝯfiteatur si nō habet copiā cōfessoris? Dico saluo meliori iudicio ꝙ iste sacerdos aut est obligatus ratione bn̄ficii sibi collati p̲ superiorem/ vel p̲ illū qui habet ius patronatus in illo beneficio ad dicendū qualibet die missā/ sicut sunt illi q̄ hn̄t vicarias perpetuas in aliqua ecclesia. Et de tali idem michi videt̄ dicendū sicut dixi supra de curato cui imminet necessitas celebrandi. scȝ ꝙ conteratur ⁊ peniteat de pctō suo et sit in ꝓposito confitendi ⁊ celebret in noīe dn̄i: et cōfiteatur qn̄ occurreret sibi cōfessor. Aut iste sacerdos recipit pecuniā pro dicenda aliqua alia missa singulari: sicut sūt multi qui recipiūt pecuniā ꝓ missis rogatis / sicut ꝓ vna missa vel pro pluribus de Requiē vel de sctō spū/ vel de beate virgine vel de infirmis. Et de isto dico ꝙ existens in pctō mortali/ nullo modo anteq̄ꝫ confiteat̄ debet se exponere ad dicendū missam: qȝ peccaret mortaliter in dicendo: nec existēs in tali casu debet recipere pecuniā pro cēdo missam statim: immo debet se excusare dicēdo. Amice ego nō sum bene dispositus pro nunc dicēdo missam: sed qn̄ deus voluerit ꝙ ego sim dispositus ego libenter faciā qđ petitis. Et si aliꝰ instanter petat ꝙ statim dicat missā si receperit pecuniā: eā sibi statim restituat: ⁊ nullo modo exponat se ad celebrandum. Dixi aūt q̄s ⁊ qualis debet esse minister misse in descriptione p̄dicta: cui nō est ꝓhibitū celebrare/ qđ dixi ꝓpter aliq̄s religiosos q̄bus scd̄m statuta sue religionis inhibet̄ ꝙ nō celebrent q̄ꝫ diu sunt in aliquibꝰ penitentiis p̲ quibusdā pctis preteritis. Sed nūquid angelus pōt esse minister huius sacramenti. i. nunquid angelus potest ministrare seu consecrare? Dicendū ꝙ angelus neq; bonus neq; malus potest celebrare vel cōsecrare: qȝ nō est susceptibilis caracteris sacerdotalis. Ordo eni presupponit caracterē baptismalē. Vñ nullus pōt oꝛdinari in ſacerdotē:niſi ſit baptizatus Arguūt ergo doctoꝛes ſic. Nullus pōt ſuſcipere caracterē baptiſmalem niſi fuerit baptizatꝰ:ſed angelus nō pōt baptizari:qꝛ opoꝛtet ꝙ ille q̄ baptizat̄ aſpergat̄ aqua:angelus aūt non pōt aſꝑgi aqua:cū nō ſit res coꝛpoꝛea:ergo nō pōt baptizari/et ꝑ ꝯñs non pōt in ſacerdotē oꝛdinari. Et ſi dicat̄ ꝙ licet angelus ſit res coꝛpoꝛea:tñ pōt aſſumere coꝛpus:et ſic in illo coꝛpoꝛe poterit baptizari:ſicut aīa rationalis non eſt res coꝛpoꝛea:⁊ tñ baptizat̄ in coꝛpoꝛe. Dicendū ꝙ nō eſt ſimile:qꝛ aliter vnit̄ aīa coꝛpoꝛi ⁊ aliter angelus:qꝛ aīa vnitur coꝛpoꝛi vt foꝛma materie:angelus aūt nō vnit̄ ſic/ſed ſicut motoꝛ mobili:ideo aīa baptizato coꝛpoꝛe baptizat̄:non aūt angelus:qꝛ aīa ⁊ coꝛpus faciūt vnū ſuppoſitū:nō ſic angelus cū coꝛpoꝛe quod aſſumit. Et ideo ſcđm phm̄ in ꝓhemio methaphyce. Actiones ſunt ſuppoſitoꝝ/aīa baptizato coꝛpoꝛe baptizatur:nō autē angelus.et ſic ꝑ ꝯñs aīa poteſt ſuſcipere caracterem baptiſmalem:non autem angelus/quare angelus conſecrare nō pōt. Sed quid ſi angelus pꝛeſentaret vnam hoſtiam/dicendo eā eſſe cōſecratam:nūquid illa hoſtia deberet adoꝛari? Dicendū eſt ꝙ ſi angelus malus pꝛeſentaret eā nō eſſet adoꝛanda:niſi cōſtaret ꝓ certo ꝙ eſſet rite cōſecrata:ſed ſi angelus bonus pñtaret eam:eſſet adoꝛanda. Et rō eſt:qꝛ angelus malus (teſte ſaluatoꝛe)mendax eſt ⁊ pr̄ mēdacii:⁊ ſꝑ nititur decipere hoīem:quare nunq̄ debet ſibi credi. Angelus autē bonus eſt ſemꝑ verax ⁊ veritatis alumnus:⁊ ſemꝑ nititur ad hoīs ſaluationē:⁊ ideo debet ſemper ſibi credi. Unde qꝛ vt dicit apl's. Angelus malus ſepe tranſfigurat̄ in angelum lucis. Ideo ſemper hoſtia ab angelo pꝛeſentata eſt adoꝛanda ſub conditione.ſcʒ ꝙ rite ſit conſecrata:niſi cōſtaret pꝛo certo ꝙ eſſet angelus bonus.

¶ Ca.iii. De materia euchariſtie.

Materia ſacramēti miſſe eſt duplex:ſcꝫ panis ⁊ vinū Et rō quare iſta duo ſunt materia huius ſacramenti eſt:qꝛ illud ſacramentū oꝛdinat̄ ad ſpūalem nutritionē tunc aūt ſicut nutritio coꝛpoꝛis conſiſtit in cibo ⁊ potu coꝛpoꝛalibus/ ⁊ panis habet maxime rationē cibi: ⁊ vinū habet rationē potus/ita nutritio hec ſpūalis ꝯſiſtit in cibo ⁊ potu ſpūalibus:iō in iſto ſacramento dat̄ coꝛpus xp̄i ſub ſpecie panis in cibū: ⁊ ſanguis xp̄i ſub ſpecie vini ī potum. Et ita dicit ipſemet xp̄s.io.vi. Caro mea vere eſt cibus/ et ſanguis meꝰ vere eſt potus. ¶ Sciendū eſt tñ ꝙ panis qui eſt materia huiꝰ ſacramenti eſt panis de tritico ⁊ aqua elemētari ꝯfectus.Dico panis:qꝛ impaſta nō poſſet cōfici coꝛpus xp̄i. Dico etiā de tritico:qꝛ ī alio pane:ſicut ī pane de ſiligine,/vel de oꝛdeo/vel de quocūqꝫ alio grano:niſi de tritico non poſſet celebꝛari miſſa . Dico etiā ꝯfectus aqua elemētari:qꝛ dato ꝙ ſit confectus alia aqua q̄uis eſſet de tritico vel cū alio liquoꝛe:ſicut cū vino/vel cū lacte/vel cū aqua roſacea/ ⁊ ſic de aliis vniuerſaliter niſi eſſet cōfectꝰ cum aqua ſimplici:ex tali pane nō poſſet ꝯfici coꝛpus xp̄i. ¶ Sciendū etiā ꝙ ex pꝛecepto ⁊ vſu romane eccleſie que dñō diſponente oīm eccleſiaꝝ caput et mater eſt et magiſtra:de foꝛo competenti.ca.vltimo. Et ideo omnes eccleſie ſibi tanq̄ matre ⁊ magiſtre debent in oībus obedire Panis de quo conficit̄ coꝛpus xp̄i debet eſſe azimus: qꝛ licet ex vi ſacramenti in pane fermentato poſſet ꝯfici coꝛpus xp̄i:nihilominus q̄ in pane fermentato celebꝛaret peccaret moꝛtaliter:et eſſet grauiter puniendus. ¶ Notandum inſuper ꝙ vinum quod eſt materia huius ſacramenti debet eſſe vinum de vite/quia in alio vino:ſicut in vino maloꝝ granatoꝛū vel moꝛoꝛum vel pomoꝛum vel in quocūqꝫ alio vino niſi in vino vitis non poteſt celebꝛari: ¶ Notandum conſequenter . ꝙ in aceto / vel in agreſta

nō pōt celebꝛari:⁊ intellige de aceto quod oīno eſt acetū/
qꝫ in vino aliquātulū acetoſo poſſet celebꝛari/lꝫ non de=
beret ſi poſſit haberi aliud vinū.Et rō:qꝫ acetū nō eſt eiuſ
dem ſpeciei cū vino/cū habeat cōtrarias virtutes.In mu
ſto vero poſſet celebꝛari:tamen credo ꝙ melius eſt expecta
re quouſqꝫ ſit bene defecatuꝫ:cū muſtū ratione ſue limo=
ſitatis vix poſſet bñ euelli qui aliq̄d de eo remaneat i va=
ſe.Ratio quare iſta duo ſcꝫ panis de tritico ⁊ vinū de vite
ſint magis materia huius ſacramenti ꝙ aliqua alia duo:
eſt iſta potiſſima.Quia xp̄s inſtituit ſacrm̄ hoc in iſta ma
teria celebꝛari:ſi eni in alia materia inſtituiſſet illa eſſet
ꝓpꝛia materia huius ſacramenti.Sed cōgruenter xp̄s
in iſta materia magis inſtituit illud ſacramentū celebꝛa=
ri ꝙ alia/qꝫ effectus coꝛpoꝛales panis ⁊ vini maxime ſpi=
ritualiter conueniunt huic ſacramento.Panis enim ha=
bet naturaliter cōfoꝛtare:iuxta illud pſal.Panis coꝛ hoīs
confirmet.Vinū aūt habet letificare/iuxta illud eiuſdē.
Vinuꝫ letificet coꝛ hominis. Et iſtud ſacramentū digne
ſumptū ꝯfoꝛtat ſumentē ſpūaliter ne in via huius mun=
di deficiat: ideo vocatur viaticū.i.viatoꝛes confoꝛtans
et letificans.Et iō vocat̄ euchariſtia ab eu qd̄ eſt bonum
et charis qd̄ eſt grā/quaſi bona grā:que ſumme habentē
letificat.Sicut enim panis ex multis granis ꝯficitur ⁊ vi
num ex multis racemis ꝯfluit:ſic in ꝑceptione coꝛpoꝛis ⁊
ſanguinis dn̄i xp̄ifideles adinuicē ſpiritualiter vniūtur
Ideo vocatur cōmunio a con qd̄ eſt ſimul ⁊ vnio:quaſi ſi
mul vnio. Ipſe etiā xp̄s cōparauit ſe grano frumenti di=
cens.Johan.xii.Niſi granū frumenti cadēs in terra moꝛ
tuum fuerit.⁊c̄.Cōparauit ſe etiā viti dicēs.io.xv.Ego
ſum vitis vera.Ideo ſacramentū coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis in
vino de vite:⁊ in pane de tritico conficit̄.Sciendū eſt.ꝙ
licet aqua nō ſit de eſſentia materie huius ſacramenti tn̄

debet admiſceri vino in calice:ſed in modica quantitate qꝛ aqua ſignat pp̄lm:iuxta illud hiere.ii. Aque multe populi multi. Ideo mixtio aque cū vino in calice ſignat vnionem ſpiritualē xp̄i ⁊ populi q̄ fit in v̄tute hui⁹ ſacramēti Sed nunq̄d ſacerdos poſſet in quacūꝗ q̄titate de iſta materia conſecrare? Dicūt aliqui doctores ꝙ nō:ſed ſolum q̄tum ſufficeret ſibi ⁊ pp̄lo ſibi cōmiſſo. Cuius ratio eſt quia cū iſtud ſacramentū ordinet̄ ad vſum fidelium: ſacerdos nō poteſt plus cōſecrare niſi q̄tū ſufficit vſui fideliū. Alii doctores dicūt ꝙ non eſt determinata q̄titas vltra quam ſacerdos nō poſſet ꝯſecrare:immo in quacūꝗ q̄titate preſentetur ſibi panis ⁊ vinū:in tanta q̄titate poſſet celebrare. Cū eni in forma conſecrationis ponat̄ illud pronomē hic/hec/hoc/demonſtratiuū:oportet ꝙ materia conſecrāda ſubiiciat̄ oculis ſacerdotis. Vñ dicūt ꝙ ſacerdos exñs in altari non poteſt cōſecrare totū panē ⁊ vinū qui eſt in platea:vel totū vinū qđ eſt in cellario:ſed totū panē ⁊ vinum qđ ſibi offert̄ in quacūꝗ q̄titate poſſet conſecrare. Et rō eſt:qꝛ ſi p̄ma opinio eſſet vera:ſequeret̄ ꝙ ſacerdos exiſtens in deſerto nō poſſet tot hoſtias conſecrare quot poſſet vnus qui eſſet in vna magna ciuitate:nec etiam ſacerdos ſimplex poſſet tot hoſtias cōſecrare quot poſſet ſacerdos curatus/q̄ oīa ſunt abſqꝫ ratione dicta. Et r̄ndent ad rōnē eoꝝ ⁊ dicūt ꝙ drīa eſt iter iſtud ſacramētū ⁊ alia ſacramēta:qꝛ eſſentia alioꝝ ſacramentoꝝ ꝯſiſtit in diſpēſatiōe:⁊ vſu materie:ſicut eēntia baptiſmi ꝯſiſtit in aſperſione aq̄ ⁊ ꝓlatione forme:⁊ ita eſt de aliis ſacramētis:ſed eſſentia ſacramenti euchariſtie conſiſtit in conſecratione materie ⁊ nō in vſu eius:qꝛ poſito ꝙ hoſtia ꝯſecrata nunq̄ ſumeret̄:veꝝ eſſet ſacramentū. Et ideo licet ſacerdos nō debeat ꝯſecrare niſi tot hoſtias quot ſibi ⁊ populo ſuo ſunt neceſſe:tñ ſi ꝯſecraret mille milia eſſent oēs ꝯſecrate

¶ Solet aũt circa iſtam materiã ab aliquibus talis moueri queſtio. Si eſſent.xiii. hoſtie ꝯſecrãde: ⁊ ſacerdos non crederet eſſe niſi.xii. nunq̃d oẽs.xiii. eſſent ꝯſecrate? Ad hoc rñdet dñs berengariꝰ archiepꝭ ꝯpoſtellanus magiſter in theologia parrhiſiẽſis in quodã qõlibeto ſuo: ꝙ aut iſte ſacerdos intẽdit ꝯſecrare oẽs hoſtias q̃ ſunt ante ſe quotquot ſunt: tñ credit ꝙ ſunt niſi.xii. ⁊ tunc dicit ꝙ oẽs ſunt ꝯſecrate. Aut intendit ꝯſecrare pꝛeciſe.xii. ⁊ non plures ⁊ non determinat q̃ ſunt ille.xii. ⁊ tũc dicit ꝙ nulla eſt cõſecrata: qꝛ cũ quelibet ſit ꝯſiderabilis: ita ꝙ nõ magis vna ꝙ̃ alia: ⁊ ſacerdos nõ magis ſe determinet ad iſtã ꝙ̃ ad illã qua ratione tu dices ꝙ iſta non eſt ꝯſecrata: eadẽ ratione ego dicã ꝙ nec illa: ⁊ ſic poterit dici de qualibet: quare neutra erit conſecrata. Vñ qñ ſacerdos habet cõſecrare plures hoſtias nõ determinare ſe debet ad certũ numerum: ſed debet habere intentionẽ vt ꝯſecret quidquid eſt añ ſe.

¶ Ca. iiii. De foꝛma euchariſtie ⁊ ꝯſecratiõis ſanguinis

OMniũ ſacramentoꝝ foꝛme ꝯſiſtũt in verbis certis ⁊ determinatis: ⁊ ideo foꝛma ſacramẽti euchariſtie in aliquibꝰ verbis limitatis ꝯſiſtit. Ad ſciendũ aũt in q̃bus verbis foꝛma iſtius ſacramẽti ꝯſiſtit. Notandũ ꝙ in miſſa ſunt quedã verba q̃ ſũt de ſolẽnitate tm̃/ ⁊ quedã de neceſſitate requiruntᷣ. Verba q̃ ſũt de ſolẽnitate ſũt illa que ſolũ faciũt ad oꝛnatũ ⁊ quẽdã decoꝛem miſſe: ſicut pꝛoſe. Glĩa in excelſis ⁊ quidã v̾ſus q̃ dicuntᷣ infra ſcũs ⁊ agnꝰ dei: et iſta nichil faciũt ad eſſentiam miſſe: immo credo ꝙ qñ debet eſſe ſermo debent dimitti totaliter melodie: vel ad minus abbꝛeuiari: qꝛ plus pꝛoficit ſermo ꝙ̃ talia carmina: cũ iſta mulceant aures coꝛpoꝛis: ⁊ ſermo medicetur languoꝛes coꝛdis. Verba que ſunt de neceſſitate: ſunt illa que directe ſunt de officio miſſe. Notandũ tamen ꝙ duplex eſt neceſſitas: quia quedam eſt neceſſitas ſacramẽti et quedā p̄cepti. In miſſa ergo quedā ſunt ꝟba de neceſſitate ſacramēti/⁊ quedā de neceſſitate precepti. De neceſſitate precepti ſunt oīa illa verba que a beato petro apoſtolo ⁊ ab aliis ſummis pōtificibus ſucceſſoribus ſuis fuerant inſtituta dici in miſſa. De neceſſitate autē ſacramēti ſunt illa verba que xp̄s in cena protulit qñ illud ſacramentum inſtituit. ¶ Et eſt differentia inter iſta verba/qꝫ ſi quis dimitteret verba que ſūt tm̄ de neceſſitate precepti et diceret illa que ſunt de neceſſitate ſacramenti/⁊ haberet intentionē conſecrandi/conſecraret/tñ mortaliſſime peccaret/⁊ eſſet grauiter puniendus. Si autē diceret omnia verba de neceſſitate precepti ⁊ dimitteret illa que ſūt de neceſſitate ſacramenti: q̄tumcūqꝫ intenderet ꝯſecrare tñ nō conſecraret. Cū ergo ſcd̄m phm̄. Forma ſit que dat eſſe rei/⁊ ſine qua res eſſe non poteſt. manifeſtū eſt ꝙ illa ſola verba que ſunt de neceſſitate ſacramenti ſunt forma huius ſacramenti. Iſta aūt verba quantū ad formā conſecrationis corporis xp̄i ſunt hec. Hoc eſt enim corpus meum. Sciendum autē ꝙ hec dictio enī non eſt de neceſſitate ſacramenti: quia poſito ꝙ aliquis ſacerdos cum intentione conſecrandi proferret iſta verba/hoc eſt corpus meum/⁊ nō diceret enī/ vere conſecraret. Utrū autē nō oporteat ꝙ precedant aliqua verba que ſūt de integritate forme. Notandum ꝙ doctor ſubtilis in quarto ſuo dicit ꝙ omnia illa verba ab illo loco. Qui pridie: incluſiue uſqꝫ ad illum locum. Simili modo. ⁊c̄. excluſiue ſunt neceſſaria ad formam cōſecrationis corporis xp̄i. Et ratio ſua eſt/quia ſacerdos conſecrans profert verba conſecrationis in perſona xp̄i oportet ergo ꝙ verba conſecrationis precedant aliqua verba ꝑ que demonſtretur ꝙ ſacerdos loquitur in perſona xp̄i. Illa autem ſunt iſta verba. Qui pridie q̄ pateret̄. ⁊c̄. ergo de neceſſitate oportet ꝙ iſta ꝟba precedāt

Et iſtud declarat ipſe ꝑ tale exm̄. Si aliquis diceret. Dico ieſū xp̄m miniſtꝝ fuiſſe circūciſionis: incertū eſſet vtꝝ illud ꝟbum dictū fuiſſet a btō paulo: ſed ſi diceret paulus dicit. dico ieſum xp̄m. ⁊c̄. tunc eſſet cunctis audientibus certū ꝙ illud verbū eſſet dictum a btō paulo. Siliter in ꝓpoſito ad hoc ꝙ denotet̄ ꝙ ſacerdos dicat iſta verba ſcꝫ hoc eſt eni coꝛpus meū / in ꝑſona xp̄i opoꝛtet ꝙ pꝛecedāt aliqua alia verba ꝑ que detur intelligi ꝙ xp̄s dixit iſta verba. Hoc eſt eni coꝛpus meū iſta aūt ꝟba ſūt illa puta. Qui pꝛidie. ⁊c̄. Alii aūt doctoꝛes dicunt (vt dictū eſt) ꝙ duplex eſt neceſſitas. ſ. ſacramēti ⁊ pꝛecepti. Dicūt ergo ꝙ de neceſſitate ſacramēti ſunt tm̄ iſta quattuoꝛ verba. Hoc eſt coꝛpus meū: qꝛ cū iſtis quattuoꝛ verbis fieret cōſecratio ſi ſacerdos diceret ea cū intētione ꝯſecrandi: oīa aūt alia ſunt tm̄ de neceſſitate pꝛecepti: qꝛ lꝫ omittens aliqd coꝝ moꝛtalit̄ peccaret: tn̄ ꝯſecraret. Et rn̄det ad rationē ſuaꝫ qñ dt: ꝙ ſacerdos cōſecrās loquit̄ in perſona xp̄i: ⁊ iō opoꝛtet; ꝙ dicat aliqua verba per que denotet̄ ꝙ loquitur in perſona xp̄i: dicunt ꝙ de neceſſitate ſacramenti nō requiritur: ſed ſufficit intentio ſacerdotis intendentis in perſona xp̄i. Et ꝓpterea iſta verba. Hoc eſt coꝛpus meum: ſatis oſtendunt ꝙ ſacerdos loquitur in perſona xp̄i: qꝛ nullus credit ꝙ ſacerdos velit dicere ꝙ iſtud eſt ſuū ꝓpꝛiū coꝛpus: ſed loquit̄ in ꝑſona xp̄i cuius eſt illud coꝛpus. Dicēdum ergo: ꝙ foꝛma cōſecrationis coꝛpoꝛis xp̄i ꝯſiſtit pꝛeciſe in his verbis. Hoc eſt eni coꝛpus meū. De hoc autē ꝙ demonſtrāt illud ꝓnomen demonſtratiuū hoc / dixerunt alqui doctoꝛes ꝙ iſtud ꝓnomē hoc demonſtrat coꝛpꝰ xp̄i alii aūt dicūt ꝙ nō ſed ſubſtantiā panis. Sed iſtud (ſalua reuerētia dicētiū) non eſt verū. Et arguo ſic contra eos. Scd̄m ſniam oīm doctoꝝ / ⁊ ſcd̄m veritatem verba ſacramentalia efficiunt illud quod ſignificant: ſed verba pꝛedicta ſcꝫ hoc eſt eni corpus meū/nō efficiūt ꝙ corpus xp̄i ſit corpus xp̄i verꝫ/qꝛ anteꝙ̄ iſta verba proferātur corpꝰ xp̄i erat corpus xp̄i/nec efficiant etiaꝫ ꝙ panis ſit corpus xp̄i/qꝛ iſta eſſet falſa ſubſtantia panis eſt corpus xp̄i/ergo iſtud pronomen hoc nō demonſtrat corpus xp̄i nec ſubſtantia panis. Et ꝓpter hoc dicūt aliqui alii ꝙ iſtud pronomē hoc nihil demonſtrat/qꝛ verba dicūtur recitatiue a ſacerdote:⁊ ideo iſtud pronomē hoc nō tenetur demonſtratiue:ſed materialiter tm̄. Sed iſtud nihil eſt dictu:qꝛ non tollit difficultatē:qm̄ licet iſta verba dicant̄ mō recitatiuo a ſacerdote conſecrante:tū xp̄us conſecrans in die cene non dixit iſta verba recitatiue:et iō qñ dixit iſta verba/iſtud pronomen hoc aliquid demonſtrabat. Et ideo quero quid tunc demonſtrabat:⁊ ſic remānet eadem difficultas que prius. Ideo dicant aliqui ꝙ iſtud pronomē hoc nihil demonſtrat determinatum:ſed demonſtrat aliquid indeterminatū. Un̄ qñ dicit̄. Hoc eſt eni corpus meum/in ꝑſona xp̄i: oportet ꝙ precedant aliqua verba per que detur intelligi ꝙ xp̄s dixit hec verba. Hoc eſt eni corpus meum/⁊ ſenſus eſt ꝙ hoc quod cōtinetur ſub illis ſpeciebꝰ quicquid ſit illud eſt corpus xp̄i. Et ſi obiiciatur ꝙ illud qd̄ continetur ſub illis ſpeciebus pro toto tp̄e quo dicantur verba eſt panis/qꝛ corpus xp̄i non incipit ibi eſſe niſi poſt prolationē vltime ſyllabe. Cum:ergo ſi qñ dicitur hoc eſt:ſit ſenſus ꝙ illud qd̄ continetur ſub illis ſpeciebus ſit corpus xp̄i:erit ſenſus ꝙ panis erit corpus xp̄i qd̄ eſt falſum. Dicendū ꝙ iſta propoſitio. Hoc eſt eni corpus meū:ſicut ⁊ quelibet alia donec ꝓferat̄ nō eſt ꝑfecta:nec ꝑfectū ſenſum generat in animo auditoris: ideo nō eſt iudicandū de eiꝰ veritate quouſqꝫ ſit tota ꝓlata. Cōſtat aūt ſcdm̄ fidē ꝙ iſtud qd̄ cōtinet̄ ſub iſtis ſpeciebus poſt prolationem vltime ſyllabe eſt corpus chriſti. Ideo vere dicit̄ ꝙ iſtud pronomen hoc demonſtrat illud quod continet ſub iſtis ſpeciebus quodcumqꝫ ſit illud. Et hoc de forma conſecrationis corporis xp̄i.

¶ Sequitur de formis conſecrationis ſanguinis.

Circa formā ꝯſecrationis ſanguinis xp̄i ſciēdum eſt in quibꝰ verbis conſiſtit. Illiꝰ eni eſt duplex opinio. Nā ſctūs Tho. de aquino et ſui ſequaces dicunt ꝙ forma conſecrationis ſanguinis ꝯſiſtit in his verbis. Hic eſt eni calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtementi/ miſteriū fidei qui ꝓ vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem pctōꝝ: ita ꝙ oīa iſta v̄ba ſunt de eſſentia forme. Et ꝗ aliquod iſtoꝝ dimitteret: nichil faceret. Et ratio eſt: qꝛ de eſſentia ⁊ integritate alicuiꝰ ꝓpoſitiōis nō ſolū ſūt ſubiectū et p̄dicatū ſed etiā ea ꝗ ſūt determinationes ſubiecti ⁊ predicati: ſed iſta verba noui ⁊ eterni vſqꝫ pctōꝝ ſūt deteriationes iſtius predicati: hic eſt calix ſanguinis mei: quare oīa ſunt de eſſentia forme. Magiſter aūt henricꝰ de gandauo ⁊ ſui ſequaces dicunt ꝙ in iſtis verbis tm̄. Hic eſt calix ſanguinis mei/ conſiſtit forma conſecrationis ſanguinis/ ⁊ tunc iſtis verbis dictis ſtatim eſt ibi ſanguis chriſti. Alia aūt verba que loquunt̄. ſ. noui ⁊ eterni teſtamēti. ⁊c. non ſunt ſecundum iſtos de eſſentia forme/ nec de neceſſitate ſacramenti: ſed ſolum de neceſſitate precepti. Unde qui dimitteret aliqđ iſtoꝝ verboꝝ. puta: noui ⁊ eterni. ⁊c̄. licet grauiter peccaret: tamen vere conſecraret. Et ratio iſtoꝝ eſt iſta: quia per formas ſacramentales non importatur de neceſſitate ſacramenti niſi illud quod efficiunt: ſed eſſentia ſanguinis xp̄i in iſto ſacramento directe ⁊ explicite ſig̃tur per iſta verba: ergo preciſe in iſtis verbis cōſiſtit forma conſecrationis ſanguinis chriſti. Que iſtarū opinionum ſit verior fateor me neſcire/ primam tamen reputo ſecuriorem. Et ad eam confirmandam adducit frater Berñ. de gueraco quondam electus claramontenſis baccalarius pariſienſis in theologia in coꝛrectoꝛio ſuo contra magiſtrum henricum talia duo ſigna. Pꝛimũ eſt ꝙ ſacerdos nõ oñdit ꝑpulo ſanguinẽ xp̃i in miſſa ad adorandum/ quouſqȝ cõpleuerit oĩa verba predicta. ſ. Hic eſt calix: vſqȝ ad remiſſionẽ peccatoꝝ. Et ſtati dictis his verbis eleuat calicem oñdens ſanguinem xp̃i populo ad adorandũ: in ſignũ ꝙ tunc ꝯpleta eſt conſecratio ſanguinis ⁊ non ante. Scd̃m ſignũ eſt ꝙ beatus ambꝛoſius (ꝗ eſt vnꝰ de quattuoꝛ doctoꝛibus pꝛincipalibus eccl̃ie) in miſſali ſuo ſcripſit oĩa iſta v̾ba litteris aureis/ ⁊ gn̄aliter foꝛmas omnium ſacramentoꝝ: ergo de intentione beati ambꝛoſii fuit: ꝙ omĩa verba pꝛedicta eſſent de foꝛma conſecrationis ſanguinis. Iudicio etiam meo paruo illud videtur eſſe de intentione illius decretalis Cũ marthe. extra de celebꝛa. miſſarum. Caſus enim decretalis eſt iſte. Quidam epũs attendens ⁊ videns ꝙ in nullo euangelioꝝ inueniret ꝙ aliquis euangeliſtarum poſuerit iſta verba, myſterium fidei mirabatur quis fuerit tante audacie ꝙ fuerit auſus verbis ſacramentalibus interponere iſta verba: et ſuper hoc conſulit dominũ papam. Et conſtat ꝙ intentio ſua erat quod iſtud eſſet de integritate foꝛme alias queſtio ſua eſſet nulla: quia eodẽ modo poſſet querere de quolibet verbo totius canonis. Et papa non repꝛehendit illa de queſtione illa immo commendat: ergo videtur ꝙ omnia illa verba ſint de integritate foꝛme. Et quicquid ſit de veritate iſtarum opinionum neſcio: conſulo tamen cuilibet celebꝛanti ꝙ dicat omnia verba pꝛedicta ſub vno contextu et cum actuali intentione conſecrandi quantum poterit. ¶ Sciendum autem ꝙ per iſta verba illius foꝛme tãguntur quattuoꝛ beneficia que recepimus a paſſione chꝛiſti cuius paſſionis iſtud ſacramentum eſt rememoꝛatiuũ

De conſecratioue ſanguinis.

Iuxta verbū apoſtoli ad coꝛinth.c.xi. Quotienſcūqꝫ manducabitis panē hunc ⁊ calicē bibetis.⁊c̄. Pꝛimus effectus ſiue pꝛimū bñficiū paſſionis xp̄i eſt ꝙ per ipſam ſumus a poteſtate demonis liberati. Et iſtud tangitur in foꝛma ſacramenti: cū dꝛ. Hic eſt calix ſanguinis mei. Sicut enim olim filii iſrael fuerunt de poteſtate et ſeruitute pharaonis liberati ꝑ ſanguinē agni paſchalis: ſic populus fidelis eſt de poteſtate demonis liberatus per ſanguinē xp̄i ſcd̄m ꝙ confitetur io. in apoc. ca. v. dicens de xp̄o. Redemiſti nos in ſanguine tuo. Scd̄s effectus ſiue bñficiū qđ recepim⁹ a paſſione xp̄i eſt ꝙ per ipſam ſumus celeſtis gloꝛie heredes effecti: et iſtud tangitur in foꝛma iſta: cum dꝛ noui et eterni teſtamenti. Sicut enī pater condens teſtamentuꝫ filios heredes conſtituit: ſic chꝛiſtus nouuꝫ teſtamentum oꝛdinās ꝯſtituit nos heredes glꝛie paradiſi. Et iſtud teſtamētum fuit in ſua paſſione oꝛdinatū atqꝫ confirmatū: qꝛ teſtamentū moꝛte teſtoꝛis cōfirmat̄ vt dꝛ apl̄us paulus ad hebꝛe. ca. ix. Et hoc eſt ꝙ ponit in eadē ep̄la dicens de xp̄o. Noui teſtamenti mediatoꝛ eſt: vt moꝛte interuenien te repꝛomiſſionē accipiant q̄ vocati ſunt eterne hereditatis. ¶ Sciendū autem ꝙ lex euangelica dicit nouū ⁊ eternum teſtamentū ad dꝛñam legis moſayce que fuit vetus teſtamentū ⁊ tranſitoꝛiū. Et dꝛ nouū: qꝛ noua pꝛomittit ſcꝫ bona celeſtia q̄ nunq̄ legunt̄ ꝓmiſſa fuiſſe in veteri teſtamento: ſed ſolum tp̄alia: et ideo qꝛ bona tp̄alia tranſitoꝛia ſunt: iō teſtamentū vetus fuit tranſitoꝛiū. Et qꝛ bona celeſtia eterna ſūt: iō teſtamentū nouū dꝛ eternū. Dicitur etiam nouū: qꝛ nouo modo fuit impoſitū. ſ. a ſanguine chꝛiſti. Licet eniꝫ moſayca fuit inſtituta cū ſanguine animalium ſcd̄m qđ legitur et recitat apoſtolus in epyſtola ad Hebꝛeos. ix. ca. dicens. ꝙ poſtq̄ moyſes ſcripſit legem in libꝛo ⁊ legerat coꝛā omī pp̄lo aſperſit libꝛū ſuū et pp̄lm ſanguine vituloꝝ ⁊ hyꝛcoꝝ dicēs. Hic eſt ſanguis teſtamēti. ⁊c̄. ſed lex euangelica fuit inſtituta mediāte ſanguine xp̄i: ſcd̄m ꝙ dicit ipſemet xp̄us Luce. xxii. c. Hic calix noui teſtamēti eſt in meo ſanguine: ⁊ iſtam rationē tangit ap̄o. ad he. ix. ca. dicens. Nō eni per ſanguinē vituloꝝ aut hircoꝝ: ſed ꝑ pꝛopꝛiū ſanguinē introiuit ſemel in ſctā eterna redēptione inuenta: ⁊ ideo noui teſtamenti mediatoꝛ eſt. Tertius effectus ſiue tertiū beneficiū qd̄ per paſſionē xp̄i accepimus eſt: ꝙ ꝑ ipſam ſumus de fide catholica infoꝛmati: ⁊ iſtud tangit̄ in foꝛma iſtius ſacramenti ſctiſſimi: cum dicit̄ myſteriū fidei. Sicut eni ſcd̄m qd̄ dicit ambꝛo. in libꝛo q̄ vocatur exameron: ſanguis extractus de ſub ala dextera columbe valet ad illuminandū oculos coꝛpoꝛales ita ſanguis xp̄i qui exiuit de latere eius dextero pendentis in cruce valet ad illuminandum ſpirituales oculos anime ad credendū ea que ſunt fidei. Et in huius figurā veluꝫ templi quod occultabat ea que erant infra ſctā ſctōꝝ fuit in paſſione xp̄i ſciſſum in ſignum ꝙ ea que erant occultata ⁊ velata ſub vmbꝛa legis ac ꝓphetaꝝ: fuerunt manifeſtata ⁊ reſerata. Quartus effectus ſiue beneficiū quod per paſſionem xp̄i accepimus eſt ꝙ ſumus ꝑ ipſam a peccatis emundati: et hoc tangitur in foꝛma iſta cū dicitur/ in remiſſionem pctōꝝ. Et de hoc loquit̄ beatus iohannes euangeliſta in ap̄o. ca. iiii. dicens. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguine ſuo. Ex his patet ꝙ foꝛma conſecrationis coꝛpoꝛis xp̄i pꝛeciſe conſiſtit in his verbis/ hoc eſt enim coꝛpus meū. Mathei. xxvi. Mar. iiii. Luce. xxii. Johan. xix. ca. Foꝛma autē conſecrationis ſanguinis xp̄i conſiſtit in his verbis. Hic eſt calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamenti miſteriū fidei qui pꝛo vobis et ꝓ multis effundetur in remiſſionem peccatoꝝ. Unde cum omnia iſta verba canonis debeant dici cū magna reuerentia contritione/deuotione/⁊ mētis recollectione: iſta ỽba ſpecialiter cū ſūma deuotione ⁊ actuali intētione q̄tū poſſibile eſt debent dici Et ſi aliquis querat vel dubitet quare in forma conſecrationis ſanguinis nō dꝫ hic eſt ſanguis meus.⁊c̄. ſicut in forma conſecrationis corporis dꝫ. Hoc eſt corpus meū: pōt dici ꝙ cauſa hmōi eſt qm̄ hoc ſacramētuꝫ ordinatur ad vſum fidelium/ qui vſus eſt ſpiritualis ⁊ ſacramētalis manducatio q̄tum ad corpus/ et ſacramentalis ac ſpiritualis potus q̄tuꝫ ad ſanguinem. ⁊ qꝛ homines magis abhorrent bibere ſanguinem q̄ comedere carnes: ideo ad remouendū horrorem nō dꝫ in forma conſecrationis ſanguinis. Hic eſt ſanguis meus: ſicut dꝫ in forma conſecrationis corporis chriſti/ hoc eſt corpus meum. Et eſt ibi quedā figura: quā grammatici vocāt methonomiā. ſ. qn̄ continens ponit̄ ꝓ ꝯtento: ſic vt qn̄ dꝫ bibatis illud vas vini: qꝛ nō eſt ſenſus ꝙ homo bibat vas: ſed ꝙ bibat vinū quod eſt in vaſe. Similiter quando dicitur. Hic eſt calix ſanguinis mei/ non eſt ſenſus ꝙ virtute verborum ſit ibi calix/ qꝛ añ erat: ſed ꝙ ibi ſit ſanguis xp̄i. Sed aliquis dubitaret quare in forma conſecrationis corporis xp̄i nō dicitur hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: ſicut dicitur in forma conſecrationis ſanguinis qui pro vobis effundetur: cum ita bene fuerit corpus traditum pro nobis ſicut ſanguis effuſus. Ad hoc dicendum eſt ꝙ iſtud ſacramentum eſt rememoratiuum paſſionis et mortis xp̄i/ ita dicit apl's i. Corinth. xi. ca. Quotienſcumqꝫ manducabitis panē hunc ⁊ calicem bibetis: mortē dn̄i annunciabitis donec veniat dies. ſ. iudicii. Chriſtus etiam hoc ſacramentum inſtituens dicit. Luce. xxii. Quotienſcūqꝫ ſumetis hoc facite in meam commemorationem/ hoc eſt in memoriā mee paſſionis: paſſio autē ⁊ mors xp̄i melius repreſentatur ꝑ effuſionē ſanguinis q̄ per traditionē corporis

Ideo dicitur in foꝛma conſecrationis ſanguinis: qui ꝓ vobis effundetur in remiſſionẽ pctõꝝ: ⁊ nõ dicitur in foꝛma conſecrationis coꝛpoꝛis/quod ꝓ vobis tradetur. Notandum etiã ꝙ licet ex virtute ꝟboꝝ foꝛme ꝯſecrationis coꝛpoꝛis ſub ſpecie panis ſit tñ coꝛpus xp̄i: ⁊ ꝟtute verboꝝ cõſecrationis ſanguinis ſub ſpecie vini ſit tñ ſanguis xp̄i: tñ ex quadam naturali concomitantia ſub vtraqꝫ ſpecie eſt totus xp̄s verus deus et verus homo: ita dicitur in pꝛoſa de coꝛpoꝛe xp̄i vbi dicitur. Caro cibus ſanguis potus manet tamen xp̄us totus ſub vtraqꝫ ſpecie.

¶ Ca. v. In quo loco debeat celebꝛari miſſa.

Teſtatur oĩm philoſophoꝝ ſñia ꝙ mirabilis eſt influentia loci ꝓpꝛii: ⁊ reuera eſt mirabilis in tñ ꝙ rem mutat ⁊ alterat a ſua natura: ſicut narrat phũs in libꝛo de plantis de pomis perſie dictis a perſia vbi pꝛimitus inuẽta fuerunt: nam ea que naſcuntur ibi comeſta interficiũt ea aũt que naſcuntur apud nos ſunt ad comedendũ ſuauia ⁊ iocunda. Ex quo patet manifeſte ꝙ̃tum facit locus ad mutationem rei. Et ꝓpter hoc fuit pꝛeceptũ filiis iſrael in li. numeri. ca. v. ꝙ nõ offerrẽt ſacrificium niſi in loco quẽ dñs elegiſſet. Si enim ſacrificiũ iſraeliticũ qđ de carnibus hyꝛcoꝝ/vituloꝝ/agnoꝝ fiebat offerri non debebat niſi in loco ſctõ ⁊ mundo: ꝙ̃to magis ſacrificiũ catholicum in quo xp̄s verus deus ⁊ verus hõ offertur: nõ debet fieri niſi in loco ſctõ ⁊ mundo: vñ locus in quo debet miſſa regulariter celebꝛari eſt eccl̄ia: ⁊ ita ponit augu. dicens. Extra eccleſiam nõ eſt locus veri ſacrificii: ⁊ dico regulariter: qꝛ in aliquibus caſibus põt miſſa celebꝛari extra eccleſiam. Notandũ ꝙ quo ad nunc eccl̄ia põt capi duobus modis. Uno mõ eccl̄ia idẽ eſt ꝙ ꝯgregatio fideliũ qui congregãtur in fide ⁊ charitate: ⁊ ita accepit aug. eccleſiam qñ dicitur ꝙ extra eccleſiam .i. extra fidem eccleſie non eſt locus veri ſacrificii. Alio modo eccleſia/id eſt ipſa domus materialis in qua dicuntur hoꝛe et miſſe: et extra eccleſiam ſic dictā poteſt aliquibus caſibus miſſa celebꝛari: ſicut in honeſto exercitu. vel qn̄ ad aliquam feſtiuitatē vel inuocationē alicuiꝰ ſcti: vel obſequium alicuius defuncti: vel ad aliquā miſſam nouā: vel ad aliqđ aliud tale cōuenit multitudo magna ꝑplī ⁊ eccleſia eſt parua: ita ꝙ non poſſit ita recipi ꝑpl'us: poteſt in cymiterio vel in aliqua alia platea honeſta ⁊ munda erigi altare: ⁊ debet ibi decēter aptari ne puluis vel flatus venti/aut aliquod tale poſſet offendiculum inferre. De licentia aūt dyoceſani ep̄i pꝛopter aliquam neceſſitatē pōt miſſa celebꝛari in domo alicuius in aliqua parte apta ad hoc: ita tn̄ ꝙ ſup altare poꝛtatile ponant deſup aliquā tabulam lapideā alicui ſtipiti annexā benedictā ab ep̄o. Et iſta tabula debet eſſe integra: qꝛ ſi eſſet confracta: non deberet ibi miſſa celebꝛari: nec etiaꝫ ſi eſſet a ſtipite amota: immo peccarent qui ibi celebꝛarent Et iſta etiam tabula debet lapidea eſſe ⁊ nō de aliqua alia materia. Et huius rō eſt vna: qꝛ xp̄s q̄ immolat̄ ibi vocat̄ petra. Unde dicit apl'us i. ad coꝛinth. x. Petra autē erat xp̄s. Alia cā eſt: qꝛ ſepulchꝝ xp̄i qđ repn̄tat altare fuit exciſum de petra: vt dicit euangeliſta marcus. Et ꝓpter eādem rationē coꝛpoꝛalia dn̄t eſſe linea ⁊ non de aliqua alia materia: qꝛ xp̄s in illo monumēto fuit inuolutus ı̄ ſyndone munda. i. in illo lino candidiſſimo: et coꝛpoꝛalia ſignāt illa linthcamina in quibus xp̄us moꝛtuus fuit inuolutus Calix etiā nō debet eſſe de vitro: qꝛ de facili poſſet frangi nec de ligno: qꝛ lignuꝫ poꝛoſum eſt/ et in poꝛis poſſet ſanguis ſubintrare: nec de calibe/nec de cupꝛo/nec de auricalco. qꝛ inducunt faſtidiū et eſſet periculū de vomitu. Pōt autē fieri de auro/argento/et de ſtanno. ¶ Sciendū aūt ꝙ qn̄ altare eſt totum conſecratū ſeu benedictū non opoꝛ tet ꝙ ſibi ſit tabula alia. Notandū etiā ꝙ altare ſiue ſit in eccleſia ſiue extra eccleſiā ſemper debet erigi verſus oꝛientem: ita ꝙ ille qui dicit miſſam habeat faciē ad oꝛientē: ⁊ rō eſt: qꝛ xp̄s vocat᷑ oꝛiens. Luce. i. Viſitauit nos oꝛiens ex alto. Et de ip̄o xp̄o cantat eccl'ia. O oꝛiens ſplendoꝛ lucis eterne. Alia cauſa eſt: qꝛ ſcd̄m ꝙ dicūt philoſophꝰ: pars oꝛientalis eſt dextera pars celi: ſcd̄m aūt ꝙ d̄t xp̄s Mat. xxv. c. Deus ſtatuet bonos a dextris. Ut ergo in iudicio mereamur poni a dextris: debemus oꝛare ꝟſus oꝛientem. Et qꝛ pꝛincipalioꝛ oꝛatio eſt miſſa: ideo ille q̄ dicit miſſam debet habere faciem verſus oꝛientem. Quod aūt eccl'ia in qua d̄ꝛ miſſa ſit conſecrata vel non: nihil facit ad miſſam licet q̄tum ad ſolemnitatē miſſe ſemꝑ ſi poſſibile eſt debet dici ī eccl'ia ꝯſecrata cū ſit mltū honoꝛificū ⁊ vtile eccl'iaꝫ eſſe ꝯſecratā: qꝛ ſi aliq̄s intrat eccl'iam cā oꝛatiōis remittūtur ſibi pctā venalia. Sciendū aūt ꝙ in naui nunq̄ debet miſſa celebꝛari ꝓpter piculū effuſiōis ſāguinis. In eccleſia aūt ſāguinis vel ſeminis effuſiōe polluta: nō dꝫ miſſa celebꝛari. Et ſi aliq̄s ibi celebꝛaret peccaret moꝛtaliter nō tn̄ ex hoc efficeretur irregularis ſicut fuit declaratum per dn̄m Bonifa. viii. extra de ſen. excō. c. i. Is q̄ li. vi. Si etiam eccleſia eſſet pꝛedicto modo polluta: non poſſet in cymiterio ꝯtiguo celebꝛari: qꝛ qn̄ eccl'ia eſt polluta cymiteriū ſibi contiguū ſimiliter eſt pollutum: ſed ſi cymiteriū eſt pollutum / nō opoꝛtet ꝙ eccleſia ſibi contigua ſit polluta: cū pꝛincipale trahat annexū: ⁊ non annexū pꝛincipale vt habet extra de cōſe. ec. vel altaris. c. Si eccl'iam. li. vi. Unde ſicut in cymiterio contiguo eccleſie pollute non debet aliquis celebꝛare nec etiā debet aliquis ibi ſepeliri. Secus eſſet ſi cymiteriū nō eſſet ꝯtiguum eccl'ie: qꝛ poſito ꝙ eccl'ia eſſet polluta: cymiteriū tn̄ non cōtiguum ipſi eccl'ie nō eſſet pollutū: vtraq; in. c. pꝛeallegato. Tempoꝛe etiā interdicti non debet dici alta voce/nec ianuis apertis miſſa/nec etiam alie hoꝛe in eccl'ia/niſi in quattuoꝛ feſtiuitatibus.ſ.in die natalis/in die reſurrectionis/in die penthecoſtes/⁊ in die aſſumptionis beate virginis marie. Ne autem eccleſie fraudentur ſeruitiis ſuis debitis/⁊ ne diuinū officium negligatur/⁊ fideliū deuotio minuatur/⁊ indeuotio infideliū augeatur:tēpoꝛe cuiuſcūq; interdicti ianuis clauſis excōicatis ⁊ interdictis excluſis/campanis etiam nō pulſatis:debet miſſa ⁊ totū reliquū diuinū officiū tam diurnū ꝙ̄ nocturnū dici ſubmiſſa voce in eccleſia::ita ꝙ nō poſſit audiri ab his qui ſūt extra. Oīa iſta habentur extra de ſnīa excōicationis ⁊ interdicti.c. Alma mater.li.vi. Et qui cōtrariū fecerit: eſt irregularis ⁊ ineligibilis nec etiā ipſe poteſt eligere nec pōt abſolui niſi in caſu moꝛtis tn̄:niſi per ſedē apoſtolicā: vt habetur extra de ſnīa excōicationis.ca. Is qui in eccleſia.li.vi. Aliquo etiā excōicato pn̄te nullus debet celebꝛare miſſam in eccleſia:nec alibi. Alioquin peccaret moꝛtaliter/ et vltra hoc eſſet ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſie/nec poſſet abſolui niſi ab illo qui tulit ſententiam excommunicationis: vt habetur extra de pꝛiuilegiis.ca. Epoꝝ.li.vi. Et nō debet iſtud ꝯtemni:quia ſi ſic ſuſpenſus celebꝛaret/eſſet irregularis: vt habetur extra de ſententia excommunicationis.ca. Si cui.li.vi.

¶ Ca.vi. De tempoꝛe quo celebꝛatur miſſa.

Ut dicit Salomon. Omnia tempus habent:⁊ hoc rationabiliter. Res enim penes varietatē tempoꝛum maximam requirunt immutationē. Quod euidentiſſime apparet in lactuca que cū tempoꝛe ſue iuuentutis frigide et humide ſit nature feruoꝛiſq; ſanguinis et colere extinctiua:ex quo frondeſcit:in humoꝛem conuertitur calidum et ſiccum et amarum/ quod eſt obex colericis ⁊ ſupercalefactis. Ex quo liquide apparet ꝙ̄tum res penes mutationem tempoꝝ mutātur ⁊ alterantur. Quod ſatis pulchꝛe fuit figuratū. Exodi. xvi. ca. vbi legit̄ ꝙ manna collectum tpe debito erat habens omne delectamentum ⁊ oēm ſapoꝛē ſuauitatis: qđ aūt nō colligebatur tpe debito ſcilicet i die ſabbati computreſcebat et vermibus ſcaturiebat. Illud erat figura coꝛpoꝛis xpi: ſicut dicitur in legēda coꝛpoꝛis xpi vbi dicit̄ Huius ſacramenti figura pꝛeceſſit: qđ pluit dñs manna patribus in deſerto: ſicut ergo manna nō debebat colligi niſi tempoꝛe debito: ita iſtud ſacratiſſimum ſacrificiū nō debet offerri niſi tempoꝛe debito. ❡ Sciendū ergo ꝙ miſſa debet celebꝛari de die ⁊ nō de nocte: niſi in feſto natiuitatis xpi in quo miſſa celebꝛatur media nocte: qꝛ illa hoꝛa fuit natus xps. De hoc tñ magis infra dicet̄. Antiquitus etiam dicebatur miſſa de nocte in vigilia reſurrectionis dñi. vnde in oꝛatione miſſe adhuc dicitur. Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem. ⁊c. Ratio quare miſſa de die dicitur ⁊ non de nocte vna eſt/ qꝛ in miſſa rememoꝛatur paſſio xpi que fuit de die ⁊ non de nocte. Alia ratio eſt quia per ſtatus pcti: per diem ſtatus gratie figuratur. vnde dicit gloſa ſuꝑ illud aplī ad Ro. xiii. ca Abiiciamus ergo opera tenebꝛaꝝ. i. peccata/ et induamur arma lucis. i. virtutes que ſunt arma gratie. Ad figurandum ergo ꝙ ille qui dicit miſſam debet eſſe in ſtatu gratie ⁊ ſine peccato ideo dicitur miſſa de die ⁊ non de nocte. Qua autem hoꝛa debet dici miſſa. Notādum ꝙ tres ſunt hoꝛe pꝛincipales quibus debet miſſa celebꝛari. ſ. tercia/ ſexta/ ⁊ nona. Et quare magis in illis tribus hoꝛis ꝙ̄ in aliis debet dici miſſa. Ratio eſt: qꝛ vt frequēter dictum eſt: miſſa dicitur in memoꝛiam paſſionis chꝛiſti: chꝛiſtus autem his tribus hoꝛis fuit paſſus ⁊ crucifixus. Hoꝛa enim tercia fuit crucifixus linguis iudeoꝝ ⁊ ſententia pylati: quia hoꝛa tercia clamabant iudei/ crucifige/ crucifige eum. Et illa hoꝛa pylatas adiudicauit ſatiſfieri petitioni eoꝝ. Hoꝛa ſexta fuit eleuatus in cruce. vñ dꝛ ioh. iiii. ca. Erat autē hoꝛa quaſi ſexta et crucifixerunt eum Hoꝛa aūt nona emiſit ſpiritū vnde dicit̄ Math. xxvii. Et circa hoꝛā nonā clamauit voce magna. Et ſequit̄. Et emiſit ſpm̄. Et iſtud intelligo de miſſa que dicitur ſolemniter in eccleſia: quia miſſe particulares poſſunt dici a puncto auroꝛe vſq̧ ad ſextam et in diebus ieiunioꝝ vſq̧ ad nonā: poſt aūt nonā nō debet celebꝛari miſſa/ niſi foꝛſitan in diebus ieiunioꝝ et ratione oꝛdinū. Incidentaliter etiā eſt notandū ꝙ non ſolum miſſa verūetiā alie hoꝛe canonice dicuntur ⁊ cantant̄ in memoriam paſſionis xp̄i. Matutinū namq̧ officiū dicit̄ in memoꝛiam ꝙ xp̄s in hoꝛa matutinali fuit captus vinctus et multipliciter deluſus in domo anne pꝛincipis ſacerdotū ad quem tūc fuit ductus. Et debet dici media nocte: iuxta illud pſal. viii. Media nocte ſurgebam ad cōfitendū noī tuo. Pꝛima dicitur in memoꝛiam ꝙ illa hoꝛa xp̄s in domo cayphe fuit ligatus ad columnā et duriſſime ac grauiſſime flagellatus: ita ꝙ ſcd̄m quod dixerat eſayas pꝛopheta A planta pedis vſq̧ ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. Tercia dꝛ in memoꝛiam ꝙ illa hoꝛa xp̄s fuit duct⁹ ad pylatum: ⁊ crucifixus fuit linguis iudeoꝝ clamantium et dicentium. Tolle tolle crucifige eum. Et tunc fuit impletum illud pſal. p̄o. xxi. Aperuerunt ſup me os ſuū ſicut leo rapiens ⁊ rugiēs. Sexta dꝛ in memoꝛiam ꝙ in illa hora xp̄us fuit ſpoliatus illuſus/ et a militibus clauellatus in cruce. Et tunc fuit impletū illud pſal. p̄o. xxi. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos. ⁊c̄. Nona dicit̄ in memoꝛiaꝫ ꝙ in illa hoꝛa xp̄s felle ⁊ aceto potatus expirauit dicens. Pater in manus tuas commendo ſpm̄ meū. Tūc impletū eſt illud pſal. p̄o. lxviii. Dederunt in eſcam meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Veſpere dicuntur in memoriam ꝙ in illa hora xp̄us fuit datus a pylato nobili decurioni: et per ioſeph fuit de cruce depoſitus. Completoriū dicitur in memoriā ꝙ in illa hora xp̄s a ſua matre triſtiſſima: ⁊ ab aliis ſanctis mulieribus lamentatus/ aromatibus conditus fuit poſitus in ſepulchro: ⁊ ſic bonū eſſet et congruū vt quelibet iſtaꝝ horaꝝ diceret̄ hora determinata: iuxta illud pſal. p̄o. cxviii. Septies in die laudem dixi tibi. Uerum qꝛ ꝓpter rei familiaris occupationē: vel propter humanam fragilitatē nequit iſtud ſeruari ſeruet̄ tn̄ iſtud qd̄ ordinatū eſt. extra de celebra. miſſaꝝ. ca. preſbyteroꝝ: vbi dicit̄. Preſbyter matutinali officio expleto. ſ. media nocte mane cenſum ſue ſeruitutis: videlicet primā tertiā/ ſextā/ ⁊ nonā/ veſperūqꝫ ꝑſoluat: ita tn̄ ꝙ horis competentibus aut a ſe aut a ſcolaribus ꝯpleant̄: deniqꝫ peractis horis ⁊ viſitatis infirmis ſi voluerit exeat ad opus rurale ieiunus. Et dicantur oīs iſte hore ꝑ modū q̇ precipitur. extra. c. iiii. Dolentes. vbi precipitur ꝙ diuinū officium tā diurnū q̄ nocturnū dicat̄ ſtudioſe pariter ⁊ deuote Et q̇ ſcient̄ trangredit̄ illud mandatū ſciat ſe mortaliter peccare vt ptꝫ: qꝛ eſt tranſgreſſor eccleſie. ¶ Notandum inſuꝑ ꝙ nullus debet dicere miſſā quouſqꝫ dixerit matutinas ⁊ ꝯgruū eſt etiā ꝙ prima dicat̄ an̄ miſſam/ alie autē hore preter veſperas ⁊ cōpletoriū p̄nt dici ante miſſam. Notandū etiā ꝙ ſacerdos nō debet dicere ſeu facere ꝓ volūtate ſua: ſed de tp̄e vel de ſc̄tis de q̇bus agit̄ in illa terra.

¶ Ca. vii. Quotiens in die debet celebrari miſſa.

Ex quo dictū eſt ꝙ miſſa debet celebrari de die: reſtat dicere quotiens in die debet celebrari miſſa. Et eſt ſciendū ꝙ ſcd̄m qd̄ dicit̄ extra de celebra. miſ. c. Conſuluiſti Nullus debet dicere miſſam niſi ſemel in die. Ualde enī felix eſt qui digne celebrat vnā. Excipitur dies natiuitatis domini qua die celebrantur tres: ita ꝙ illa die poteſt vnus ſacerdos celebrare tres miſſas. vt habet᷑ de cōſe. di.i.ca. Nocte ſācta. Et rō quare illa die dñi tres miſſe/ vna eſt ꝓpter miſteriū. qm̄ ꝑ iſtas tres miſſas repreſētātur tres ſtatus. ſ. ſtatus ante legē/ſtatus legis/et ſtatus gratie. Illa miſſa q̄ cantatur media nocte repñtat ſtatū q̄ fuit ante legē qn̄ totus mūdus erat in tenebris: vnde in illa miſſa cantat᷑ illa ꝓphetia Eſaye. Populus q̄ ambulabat ī tenebris vidit lucem magnā. Scd̄a miſſa que cantatur in aurora ſignat ſtatū ſcd̄m qui fuit ſub lege: ī quo ſtatu inceperūt homines ſcire xp̄ꝫ ꝓpter dicta legis et ꝓphetarū. ſed non habebant ꝑfectā noticiā de eo. Et ideo cantat᷑ in aurora qn̄ incipit lux apparere: ſed nō bn̄ clare. Unde in illa miſſa cantatur Lux fulgebit hodie. ꝛc Tercia miſſa dr̄ ī claro die: et ſignificat ſtatū grē in quo ſumus. Et dicit᷑ offm̄. Puer natus eſt nobis ꝛc. Alia cauſa eſt ad repreſētādū tres natiuitates xp̄i. Nam prima dicitur ad repreſentandū natiuitatē eternā qua natus eſt ex patre. vnde dicit᷑ in introitu illius Dñs dixit ad me filius meus es tu/ego hodie genui te. Et dr̄ illa miſſa de nocte qn̄ tp̄s eſt obſcurum. ad deſignandum ꝙ illa natiuitas eſt nobis occulta. Scd̄a miſſa dr̄ ad repreſentandum natiuitatē ſpūalem qua naſcitur xp̄s in animabus iuſtorum per gratiam. Unde cantatur in illa miſſa. Lux fulgebit hodie ſuper nos. lux. i. gratia dei. Tercia miſſa repreſentat natiuitatē tp̄alem qua natus eſt ex beata virgine maria pro ſalute noſtra. vnde canitur. Puer natus eſt nobis/et filius datus eſt nobis. ꝛc̄. Uerūtamen ſi conſideret᷑ tur euangelia que leguntur in iſtis miſſis. Prima miſſa repreſentat natiuitatem temporalem qua xp̄s natus eſt ſcd̄m carnē ex maria virgine: vnde illud euangelium quod legitur in illa miſſa/puta. Exiit edictum a ceſare auguſto loquitur totum de iſta natiuitate: vt patet intuenti ip̄m. Secunda miſſa repreſentat ſpiritualem natiuitatem/

tunc enim legitur iſtud euangelium. Paſtoꝛes loquebantur ad inuicem: ꝙ totum ꝓteſt intelligi de iſta ſpūali natiuitate. Tercia repꝛeſentat natiuitatē eternã qua natus eſt ex patre. Unde tunc legitur euangeliū Johannis. In pꝛincipio erat verbū/quod totum legitur de natiuitate eterna filii dei. Notandū etiam ꝙ in die paraſceue nō debet dici miſſa. Et ratio eſt: qꝛ illud ſacramentum eſt figura paſſionis xp̄i que tali die fuit facta ⁊ veniente veritate .ſ. paſſione pꝛo illa die debet ceſſare figura .ſ. ſacramētum. Aliis autē diebus nō debet dicere ſacerdos niſi vnã miſſam: niſi in caſu neceſſitatis in quo ꝓteſt celebꝛare duas miſſas tm̄. Et vnus caſus eſt. Si aliquis moꝛiatur ⁊ ſacerdos celebꝛauerit miſſam de die/ ꝓteſt miſſam pꝛo defunctis celebꝛare .ſ. Requiē dūmodo ſit ieiunus: ⁊ non ſit alius ſacerdos qui celebꝛaret. Alius caſus eſt: ſi ſit aliquis in periculo moꝛtis: ⁊ petat coꝛpus xp̄i ſibi dari/ ⁊ ſacerdos non habeat hoſtiam conſecratam/poteſt iterum celebꝛare: dummodo vt pꝛedixi ſit ieiunus/ ⁊ non ſit alius paratus celebꝛare: quia illud ſemper eſt intelligendum. Alius caſus eſt pꝛopter neceſſitatem nuptiarum ſcilicet quando tempus nuptiarum tranſit: ſi miſſa dicta ſuperueniant aliqui qui habebant contrahere: ꝓteſt iterum ſacerdos celebꝛare dum ſit ieiunus: vt ſupꝛa dixi. Alius caſus eſt pꝛopter neceſſitatem peregrinoꝛum ſcilicet quando ſuperuenerint peregrini miſſa dicta. Et iſtum caſum ponit Ray in ſummã ſua: ſed ſalua eius reuerentia iſtud videtur expꝛeſſe contra capitulum. Te referente. extra de celebꝛatione miſſarum. Caſus enim illius capituli eſt: quod archiepiſcopus Spontinus in die cene domini de antiqua conſuetudine tenetur conficere criſma in eccl'ia ſpontina. Et idem archiep̄s aſcendit de mane de conſuetudine ad garganicam eccleſiam / vt recipiat ibi peregrinos illius loci: ⁊ ibi a clero ⁊ populo ꝯpellitur celebꝛare. Uñ ſuꝑ hoc imploꝛauit conſiliũ pape/ qui papa rñdit ꝙ in eccleſia ſpontina in qua tenetur criſma ꝯficere: debet tm̄mõ celebꝛare. ex quo manifeſte apparet ꝙ ratione peregrinoꝝ nõ debet tranſgredi inſtitutio de vnica miſſa celebꝛãda in die. Saluo tñ melioꝛi iudicio magis appꝛobo circa iſtam conſuetudinẽ que obſeruatur in aliquibus eccleſiis gallicanis/ qñ ſcꝫ dicta miſſa veniſſit aliqui peregrini ad aliquã eccleſiam/ ſi non ſit ibi alius ſacerdos paratus celebꝛare: ſacerdos induit ſe ſicut ſi deberet dicere miſſam/ et dicit eis de beata virgine/ vel de ſancto ſpiritu/ vel de ſancto ꝑ quo fit peregrinatio/ non tamen dicit canonem nec conſecrat ſed oſtendit eis reliquias aliquas loco eleuationis coꝛporis xpi: et iſta miſſa vocatur miſſa ſicca: tamẽ ſi alibi ſeruetur alia conſuetudo iuxta opinionẽ Ray non contemno eam. Alius caſus eſt pꝛopter neceſſitatem honeſtatis vel vtilitatis: vt ſi miſſa dicta ſuperueniat aliqua magna ꝑſona que vellet audire miſſam: poteſt iterum ſacerdos celebꝛare dũmõ ſit ieiunus. Iſtũ caſuꝫ ponit gloſa ſuꝑ ca. Cõſuluiſti in titulo de celebꝛa. miſſe. De iſta neceſſitate neſcio quid dicam: qꝛ non video hic tantã neceſſitatẽ quod pꝛopter eã debet tranſgredi mandatũ de vnica miſſa celebꝛãda pꝛeſerti cũ magne ꝑſone nõ multũ nr̃is tꝑibus ita aſſiciant ad miſſas: ⁊ illi qui aſſiciunt ducunt ſecum pꝛopꝛios ſacerdotes. Alius caſus ꝑpter neceſſitatem debiti. ſicut qñ ſunt due eccleſie annexe: et quelibet eſt curata. i. habet curã aiaꝝ ⁊ habẽt redditus ita tenues ꝙ nõ ſufficerent duobus ſacerdotibus: ſed vnꝰ ſolus hꝫ curam vtriuſqꝫ. In iſto caſu ſacerdos poteſt vna die in qualibet illarũ eccliaꝝ celebꝛare in illis diebus in quibus tenetur populo ſuo ad dicendũ miſſam vel ad miniſtrandũ ſacramẽta vel officia illa que requirũt miſſam: ⁊ iſte caſus in multis locis contingit ⁊ ſeruat̃ in ꝑtibus tholoſanis: ⁊ etiã in aliis partibus. Et credo ꝙ in iure nõ inuenit̃ preceptũ expꝛ̃ſſum de vna miſſa tm̃ celebꝛãda: cũ in oĩbus capitulis in ꝗbus fit mentio de iſta materia ponatur iſtud verbũ ſufficit/ qđ verbũ nõ impoꝛtat vim coactiuã. Cõſuetudo tñ eccleſie que pꝛeeminet cuicũq; auctoꝛitati habet ⁊ tenet hoc ideo nullis modis debet facere cõtrariuʒ: ⁊ ſi faciat peccat/ et puniri debet. In quocumq; autem caſu qñ ſacerdos celebꝛat plures miſſas: in pꝛima nõ debet ſumere aquã vel vinum poſt ſumptionẽ ſanguinis: ſed ſolum os lauare et cauere ſibi ꝗ̃tum poteſt ne aliqͥd tranſglutiat: q2 ſacramẽta a ieiuno ſunt ſumẽda. Et in qualibet miſſa coꝛpus xp̄i recipiat ⁊ ſanguinem: ⁊ in vltima recipiat ablutionẽ que cõiter recipitur poſt ſumptionem ſanguinis xp̄i: ⁊ non in aliis miſſis vt dixi. Iſta habentur extra de cele. miſſe. ca. Ex parte. ⁊ de conſe. diſ. v. Ut ieiuni. et. vii. q. i.

¶ Ca. viii. De veſtibus quibus debet indui ſacerdos

OMni tp̄e veſtimẽta tua ſint cãdida: ỽbũ eſt ſapientꝭ. Quantũ faciat debitus vſus veſtimentoꝝ ad debitã adminiſtrationem officii qđ ꝗſq; exercet ſatis oñdit experientia medicoꝝ. Cõpertũ eſt enĩ ꝙ colliriũ ſobꝛietatis doloꝛis oculoꝝ mitigatiuũ tritũ ab apotecario indebita veſte qua die pꝛecedẽte medicus indutꝰ fuerat viride erat miſſuʒ in oculis/ patientẽ cruciabat. ſi ergo veſtis indebita nocet in cõfectione collirii: ꝗ̃tum magis nocet in conſecratione coꝛpis xp̄i. Un̄ fuit figuratiue pꝛeceptũ legiſlatoꝛi moyſi. exodi. xxviii. Facies veſtes ſctãs aarõ in ꝗbus ſctificatus miniſtret michi. Un̄ ſciendum ꝙ oĩes veſtes quas induit ſacerdos debent eſſe ſctificate et benedicte ab ep̄o. Notandũ ergo ꝙ illa veſtis que pꝛimo induitur ſcʒ illa parua camiſia vel ſuppelliciũ nõ eſt de eſſentia miſſe in ſimplici ſacerdote: ſed ſolũ de bene eſſe/ qđ dico ꝓpter ep̄os et canonicos regulares ⁊ capellanos honoꝝ dñi nr̃i pape quoꝝ eſt talis habitus: ergo cuꝫ illa parua camiſia de qua dictũ eſt vel loco eiꝰ ꝯputato ſuppellitio ſeptē ſunt veſtes quibus induitur ſacerdos in miſſa. ſ. illa camiſia vel loco eiꝰ illud ſuppelliciũ / amictũ / alba / cingulũ / manipulus / ſtola / ⁊ caſula. Et iſte. vii. veſtes ſignāt. vii. dona ſpũs ſancti / quibꝰ debet ſacerdos eſſe ꝑfuſus. Vñ lu. xxiiii. c. Induamini v̓tute ſpũali ex alto / vel ſignāt ꝙ ſacerdos debet eſſe cõtra. vii. pctã moꝛtalia munitꝰ ⁊ armatꝰ. Vñ apłs ad eph. vi. Induite vos armatura dei vt poſſitis ſtare aduerſum inſidias diaboli / vel ſignant. vii. virtutes. ſ. tres theologales / ⁊ quattuoꝛ cardinales: quibus debet eē oꝛnatus. vñ apłs ad ro. xiii. c. Induamini arma lucis. i. arma virtutũ qꝛ nõ eſt licitũ īdutũ ſacco. i. pctõ aulã regis. i. xp̄i ꝗ eſt rex regũ intrare: vt ꝟꝫ in li. Heſter. iiii. ca. Vel ſignāt ꝙ ſacerdotes debent eſſe ſeptē operibꝰ mīe dediti. vñ apłs. Induamini dñm ieſũ xp̄m cuiꝰ ſapīe nõ eſt numerus: vt ꝟꝫ in pſo vel ſignāt ꝙ ſeptē petitiones oꝛõnis dñice exaudiuntur. In ſignũ cuiꝰ legit̃ in libꝛo heſter. ꝙ heſter induta veſtibus regis fuit exaudita ab aſſuero: vel ſignat ꝙ ſacerdotes digne cũ iſtis ſeptē veſtibus celebꝛantes / habebunt ſeptē dotes in paradiſo. ſ. quattuoꝛ ex parte coꝛpoꝛis: ⁊ tres ex parte aīe. In cuius ſignũ legitur in Geneſi. xxvii. ꝙ iacob indutꝰ veſtibꝰ eſau valde bonis habuit bñdictionē patris. Vel ſignant ꝙ pius ieſus toto tp̄e quo mundus durabit: qḋ tp̄s ſeptē diebus voluit̃ erit nobiſcũ vſqꝫ ad cõſummationē ſeculi in iſto ſacramēto. Et ita pꝛomiſit ip̄e qui nõ mentitur dicens. Ecce ego vobiſcum vſqꝫ ad conſummationē ſeculi. Et vt ſpecialius de vnaquaqꝫ veſte dicatur. Sciēdũ ꝙ iſta camiſia ſeu ſuppelliciũ ſignat ꝙ ſacerdos debet habere mundiciam vite. Eſt enim illa camiſia de lino albo et mundo / et pꝛopter hoc dicit ſacerdos /

Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuū dñe. Amictū quod ponitur ſuꝑ caput ſignat eleuationē mentis ad deū quā ſacerdos debet habere pre aliis maxime qn̄ dicit miſſam. Vn̄ dicit ipſe. Surſum corda .i. corda ſint eleuata ſurſum ad deum. Alba que eſt longa ſignat perſeuerantiā in bono quā debet habere ſacerdos: qꝛ qui perſeuerauerit uſqꝫ in finē/ hic ſaluꝰ erit. Cingulū .i. zona. quod prohibet ne veſtes fluant ſuꝑ terrā: ſignat timorē dei qui prohibet ne anime fluant per peccatū: qꝛ vt dicit ſapiens. Qui timent deū preparabunt corda ſua. et in conſpectu illiꝰ ſanctificabunt animas ſuas. Manipulus ſignat fructū bonoꝝ opeꝝ quē boni ſacerdotes reportabunt in paradiſo. Vn̄ de eis dicit pſ̄. ṗo. cxxv. Venientes aūt venient cū exultatione portantes manipulos ſuos. Stola ſigt̄ mortificationē carnis: vn̄ ponitur ad modum crucis ad deſignandum ꝙ ſacerdotes debent portare crucē penitētie in corde vel in corpore ſuo: ⁊ ita dicit apl̄s Mortificationē xp̄i ieſu in corpore veſtro circūferentes. Caſula que cooperit oēs alias veſtes ⁊ preeminet ſignat caritatem que preeminet om̄ibus aliis virtutibus ⁊ que cooperit multitudinem pctōꝝ. In caritate ergo radicati iuſte viuamus. Multe enim adaptiones poſſent adduci ſed hec ſufficiant quo ad preſens.

¶ Ca. i. Cui debeat dari euchariſtia.

Quoniā non eſt bonū ſumere panē filioꝝ ⁊ dare canibus: ⁊ margarite nō ſunt porcis dande. Cū in iſto ſacramēto ꝯtineatur panis viuꝰ q̇ de celo deſcendit xp̄s .ſ. verus deus et verus homo q̄ eſt precioſiſſima margarita quā cū inuenerit hō abſcōdit ⁊ pre gaudio illiꝰ vadit ⁊ vēdit oīa que habet ⁊ emit eam. Et ideo ſacramētū illud nō eſt dandū canibus nec porcis. id eſt pctōribus immundis. ¶ Ad ſciendū ergo q̄bus debet dari iſtud ſacramētū vide dum eſt ꝑmo de modis ſumendi ipm̄. Notandū ꝙ iſtud ſacramentū pōt ſumi coꝛpoꝛalit̄/ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter ⁊ ſcd̄m hoc pōt quattuoꝛ modis ſumi. Quidā eni ſumunt iſtud ſacramentū coꝛpaliter tm̄: ſicut aliqͥs infidelis q̄ nō credit in iſto ſacramēto eſſe veraciter coꝛpus xp̄i. Si enī ſumeret hoſtiā conſecratā: ſumeret iſtud ſacr̄m coꝛpoꝛalit̄ tm̄: qꝛ ꝯſtat ꝙ nō ſūeret ſpūalit̄: cū nō recipet fructū ſacr̄i/ nō etiā reciperet ſacramētaliter: qꝛ ille recipit iſtd̄ ſacr̄m ſacramentaliter q̄ credit veraciter in iſto ſacr̄o eſt coꝛpus xp̄i: ſed iſte (vt dictū eſt) nō credit: iō nō recipit iſtud ſacr̄m ſacramētaliter: ſed coꝛpoꝛaliter. Et idē dico de cane vel de mure vel quacūqꝫ alia beſtia ſi ꝯtingat ꝙ abſit comedere hoſtiā ꝯſecratā. Quidā aūt ſumūt iſtud ſacr̄m ſpūaliter tm̄: ſicut fideles/iuſti/⁊ ſcti cū deuotione audiētes miſſam vel habētes deuotionē ad audiēdū eā: q̄ lꝫ nō cōicēt ſunt tn̄ ꝑticipes fructus ipſiꝰ ſacr̄i. Et ſic intelligit̄ verbū aug. dicētis. Crede ⁊ māducaſti. crede. ſ. fide firma ⁊ māducaſti. ſ. ſpūaliter. Quidā ſumūt ⁊ comedūt ſacramētaliter ⁊ coꝛpoꝛaliter ſimul: ſed nō ſpūaliter: ſicut falſi xp̄iani q̄ ſumunt iſtud ſacr̄m in pcc̄ō moꝛtali: tales enī coꝛpoꝛaliter ſumunt: qꝛ recipiūt ſpēs ꝯſecratas: ⁊ etiā ſumūt ſacramētaliter: qꝛ ex quo ſūt xp̄iani credūt ſub illis ſpēbus eſſe veraciter coꝛpus xp̄i: ⁊ ſic vtūtur ſacr̄o vt eſt ſacr̄m: ſed nō recipiant ſpūaliter: qꝛ nō recipiūt fructū ſacramēti. Quidaꝫ vero recipiunt iſtud ſacr̄m coꝛpoꝛaliter/ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter ſimul: ſicut ſunt illi qui cū deuotione et fide exiſtētes in charitate ⁊ gr̄a dei recipiunt iſtud ſacr̄m/⁊ ex receptione eiꝰ multa bona recipiūt. ſ. gr̄am in p̄nti: ⁊ gl̄iam in futuro. Scd̄o ſciendū eſt quot requirūtur ad debitā ſuſceptionē huius ſacr̄i: q̄ ſūt tria. ſ. imunitas a pcc̄ō moꝛtali/eleuatio mētis ad deū/⁊ immūditia coꝛpoꝛalis. De primo dictū eſt ſupꝛa in pꝛio ca. ⁊ etiā aliquid dicetur infra.

De ſcđo.ſ.de eleuatione mētis in deū: ſacerdos an̄ canonē dit. Surſuꝫ coꝛda.q.d.ꝙ volens ſumere iſtud ſacr̄m dꝫ habere coꝛ ſuū eleuatū ad deū. De tercia.ſ.de immūdicia coꝛpoꝛali videm⁹ ꝙ tractātes aliquod ſacr̄m manus ſuas lauant: ⁊ iō cū in iſto ſacr̄o tractet̄ ille q̄ eſt ſctūs ſctōꝝ requiritur in ſumēte mūdicia coꝛpoꝛalis. Notandū tn̄ ꝙ immunitas a pctō moꝛtali requirit̄ de neceſſitate ad debitā ſūptionē iſtius ſacramenti. Alia aūt duo requirūtur de magna ꝯgruitate: ⁊ iō cū aliqua immundicia coꝛpoꝛalis habeat ſecū aliq̄n annexā culpā moꝛtalē/ ⁊ hebetudinē mentis ſicut eſt pollutio q̄ accidit in ſomnis: videndū eſt de iſta pollutione quō impedit ſumptionē iſtius ſacr̄i. Sciendū eſt ergo ꝙ pollutio q̄ accidit in ſomnis nō eſt pctm̄ de ſe/ ſed poteſt eſſe effectus pcti moꝛtalis/ vl' venialis/ vel nullius ſecundū ꝙ cā illius pōt eſſe pctm̄ moꝛtale/ vel veniale vel nullū: ſꝫ ergo recurrendū eſt ad cām vn̄ ꝓuenit iſta pollutio. Pōt enī ꝓuenire vel ex cogitatione pꝛeterita vel ex ebꝛietate ⁊ crapula/ vel ex tētatione dyabolica/ vel ex infirmitate/ vel ex alleuiatiōe nature. Pꝛimis duobus modis nō pōt eſſe ſine pctō moꝛtali vel veniali: qꝛ ſi cogitatio deliberata cū cōſenſu pꝛeceſſerit vel ebꝛietas vel crapula fuerit deliberata vel conſuetudinaria/ pctm̄ eſt moꝛtale. et ideo talis pollutio impedit de neceſſitate ſumptionem iſtius ſacr̄i. Si aūt cogitatio nō fuerit cū conſenſu deliberato/ vel ebꝛietas ſine crapula nō fuerit deliberata nec cōſuetudinaria/ pctm̄ eſt veniale. Et ideo talis pollutio de neceſſitate nō impedit ſuſceptionē illius ſacr̄i/ ſed tn̄ de incōgruitate impedit maxime ſi fuit cū turpi imagine: qꝛ ex cogitatione vt cōiter dꝛ depꝛimit̄ mens. Sed ſi ſit aliq̄d qđ pꝛeponderet: ſicut reuerētia feſtiuitatis/ vel timeatur de ſcandalo: non debet dimitti pꝛopter hoc coꝛpoꝛis chꝛiſti perceptio. Si aūt ꝓueniat ex illuſione dyabolica nō cre

do ꝙ debeāt dimitti: maxime ſi veniat tp̄e magne feſtiui:
tis vel cōis ſiue gn̄alis cōionis. Si aūt ex nature infirmi
tate vel alleuiatione nature dimittat̄ ꝓpter reuerentiā
laudabile eſt: niſi ſit aliq̄d qđ reformet pctm̄: vt dictū eſt
ſupra. Et illud decretū qđ đt ꝙ poſt talem pollutionē hō de
bet abſtinere. xxiiii. horis. intelligendū eſt vt in diſtinctio
ne predicta. Viſo ergo quot modis ſumit̄ iſtud ſacr̄m: ⁊ q̄
requirunt̄ ad debitā eiꝰ ſuſceptionē. Videndū eſt nūc qui
debent ſumere iſtud ſacr̄m. Vbi ſciendū eſt: ꝙ illud ſacra:
mentū debet ſumi a ieiunis: vt hr̄. vii. q. i. Nihil de conſe. di.
v. Vt ieiuni. Notandū tn̄ quod duplex eſt ieiuniū. quod:
dam eſt naturale. aliud eſt eccl'ie. Ieiuniū naturale ſolui
tur ꝑ ſumptionē cuiuſcūq; cibi vel potus ſumpti in modū
cibi vel potus vel etiā medicine. Ieiuniū eccl'ie ſoluitur
per comeſtionē cuiuſcūq; ſumpti per modū cibi vna come
ſtione facta. Qn̄ ergo dr̄ ꝙ ſacr̄m euchariſtie debet ſumi
a ieiuno: intelligitur de ieiuno nature: q2 prius debet in
trare in os xp̄iani ille ſctiſſimus cibus q̄ȝ quicūq; alius ci
bus: ita ꝙ ille q̄ ſumit iſtū cibū ſacroſctm̄ nihil an̄ ſumpſe:
rit iſta die: vel ꝑ modū cibi vel potus vel medicine: verūtn̄
q2 neceſſitas nō habet legē ⁊ infirmis nō eſt poſita lex: idō in
firmi ⁊ illi qui ſunt in neceſſitate poſiti nō ſūt ad hoc obli:
gati: immo quacūq; hora ſiue de die ſiue de nocte ſiue poſt
prādiū ſiue ante pñt q̄ȝtumcūq; fuerit eis neceſſe illud ſu
mere. Sed qd ſi aliq̄s ſacerdos vel alius q̄ debet cōicare
de mane lauet os ſuū ⁊ forte tranſglutiat aliq̄d de aqua:
nunqd impedit̄ a ſuſceptione huiꝰ ſacr̄i? Dico ꝙ an̄ ſuſce
ptionē iſtius ſacr̄i decēs eſt vt quilibet ſpiritualiter ⁊ cor
poraliter mundet ſe q̄ȝtum poteſt. Et ideo lauare os ante
ſuſceptionē iſtius ſacr̄i approbo et laudo: ita tn̄ ꝙ caueat̄
ne aliq̄d de aqua tranſglutiat̄ ſcienter/ verūtn̄ ſi aliquid
trāſglutiat̄ nō magna q̄ȝtitate cū ſaliua: ⁊ ꝑ modū ſaliue nō

credo ꝙ impediat ſuſceptionē iſtius ſacramenti. Sed pone ꝙ aliquis de nocte ⁊ ſero aniſum vel baccas ſaluiā vel feniculū/vel aliqđ aliud ſumpſerit ⁊ aliquid de reliquis remanſerit inter dentes: ⁊ cū abluit tranſglutit aliqđ de hoc qđ remanſerit inter dentes: nunqđ impeditur a ſuſceptione iſtius ſacꝛi? Dico ꝙ nō ex quo ſcienter nō facit ſed tranſglutit ꝑ modū ſaliue. Iſtud etiam ſacꝛm nō debet ſumi niſi ab illo ꝗ habet vſum rationis. vñ non dꝫ dari pueris anteꝗ̃ perueniant ad annos diſcretionis: vt habetur in ca. Omīs vtriuſqꝫ ſexus. extra de peniten. et re. ꝗ ante iſtud tp̄s neſciūt diſcernere inter cibū iſtum ⁊ cibū corporalem: et ſic ipſi nō exhiberent reuerentiam debitam tanto ſacꝛo. Eadē etiā ratione iſtud ſacꝛm non eſt dandum amentibus ſiue furioſis. Diſtinguendum eſt tñ de iſtis: qꝛ aut tales fuerunt furioſi a natiuitate: ita ꝙ nunꝗ̃ habuerunt vſuꝫ rationis: ⁊ credo ꝙ iſtis iſtud ſacꝛm nō debet dari. qꝛ iſtud ſacꝛm nō requirit actualem deuotionē in ſuſcipiente: ⁊ tales nō poſſunt habere eā. Aut tales habuerūt aliqñ vſum rationis: ſed amiſerunt ipſum ꝓpter aliquam cauſaꝫ: ⁊ habent aliqua lucida interualla ⁊ tp̄e quo habēt talia lucida interualla/ſi petant cum deuotione iſtud ſacramētum/⁊ velint ipſum recipere/reuerenter debet eis dari: ita tñ ꝙ tp̄e furie nullo modo detur eis propter cauſam iā dictam. Freneticis etiā non debet dari iſtud ſacramentum/maxime ſi timeatur de irreuerētia ad ſacramētum/ſicut de expuitione/vel de aliquo tali. Loquoꝛ autem de freneticis in quibus ligatus eſt vſus rationis. Demoniacis autem ſi cum deuotione ⁊ reuerentia peterent credo ꝙ deberet eis dari/dum tñ tales habeant vſum rationis ⁊ actualem deuotionē ad iſtud ſacramentū. Et credo ꝙ tantam deuotionē habere poſſent ad ſacramentum ꝙ virtute ſacramenti a demonio liberarētur. Leproſis etiā nō debet dari istud sacrm: qd intelligo de leprosis infectis q nō possent corpus dnicū recipe & tractare in ore suo qui ipm reiicerēt sicut sūt mlti qb9 ceciderūt labia & dentes et toti corrosi vsqz ad guttur. Sicut legit de quodā monacho cisterciensi in vita sci ludouici quondā regis francie/ cui qñ ponebat bolus in ore cadebat sibi bolus de ore: & tāli sic leproso non debet dari corpus xpi. Illis aūt leprosis bñ pōt dari. Sacerdos etiā leprosus nō debet in pñtia populi celebrare: sed si ad partē vel in secreto vellet posset. Et ita intelligo illa capl'a extra de cleri. egrot. & de rectoribus. Tua nos. Hugo etiā dt q sacerdos leprosus posset celebrare aliis leprosis presentib9. Dānatis etiā ad mortem pro criminibus suis qbus nisi de gra speciali nō dat vnqz corpus xpi: sicut illis qui suspendūtur vel submergūtur vel cōburunt vel quōlibet aliter interficiūtur. Illis autē q pro crimine heresis cōburunt/ si cū deuotiōe/ humilitate/ & reuerentia petāt debet dari corpus xpi: vt habetur extra de here. c. Sup eo. li. vi. Sed nūqd existi in pctō mortali dandū est corpus xpi? Dicendū est q pctm aut est notoriū aut occultū si sit notoriū: puta/ qr notorius vsurarius/ vel notorius concubinarius: vel quōlibet alius notorius pctōr: nisi discedat: & scdm statuta eccl'ie: nisi cōdigne peniteat nō est dandū corpus xpi qñtumcūqz petat: imo est sibi dicendū. Amice nō est bonū sumere panē filiorū & mittere canib9. Si aūt est pctm occultū/ aut iste petit corpus xpi tpe quo tenet cōicare/ puta tpe gnalis cōionis/ vel qr est infirmus/ & sic de aliis casibus in qbus tenet qlibet cōicare/ aut petit alio tpe. Se petat alio tpe/ qñtumcūqz petat in publico: nō tenet sacerdos dare ipm sibi: sed debet ei dicere. Amice nō est tps cōicandi: & iō nō debeo tibi dare corpus xpi/ sed expecta tps statutū. Si aūt petat tpe quo tenetur cōicare/ aut petat in publico/ aut in secreto: si petat in ſecreto nō eſt dandū: immo eſt monendus ne petat in publico: ſed ſi talis ꝑtinax in malicia ſua petat in publico ſibi dari corpus xp̄i: ſacerdos debet ip̄m ſibi dare: qꝛ nō debet eū ꝑdere/nec alius debet priuari ſuo iure/quouſqȝ ſit declaratuȝ ip̄m amiſiſſe ius ſuū: ⁊ iō cū quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus xp̄i a curato ſuo/⁊ curatus ſit obligatus ad dandū iſto tp̄e ſuis parrochianis corpus xp̄i ⁊ nullus fidelis priuet̄ iſto iure: niſi ꝑ pct̄m mortale ꝯmiſſū publice. iō q̄ntumcūqȝ ſacerdos ſciat ſubditū ſuū eſſe in peccato mortali: niſi pct̄m ſit notoriū: non debet ſibi denegari corpus xp̄i/ſi tp̄e ſtatuto ⁊ in publico petat ip̄m ſibi dari. Et ita legit̄ feciſſe btūs Bernar. q̄ cū quadā die cōicaret monachos ſuos quidā quē btūs Bern̄. ſciebat eſſe in pctō mortali inter alios acceſſit ad cōicandū: ⁊ btūs Ber. dedit ſibi corpus dicēs ei ſubmiſſa voce. Judicet dn̄s inter me ⁊ te. quaſi vellet dicere: dn̄s ſcit ꝙ tu indigne accedis: ⁊ ego nō poſſum tibi negare: iō iudicet inter me et te. Et ſtatim ille miſer accepto corpore xp̄i cecidit mortuꝰ: ⁊ iō caueat ſibi vnuſqſqȝ ne indigne accedat: nō eni noceret ſacerdoti: ſed ſibiipſi: ⁊ ſacerdotes bn̄ facerent ſi iſtud exm̄: ⁊ ſīlia parrochianis ⁊ ſubditis nunciarēt. Sed nunqd ſuſpectis de crimine debet dari iſtud ſacr̄m ſi requirant? Dicendū q̄ triplex eſt ſuſpitio. Quedā eſt violenta/quedā ꝓbabilis/et quedā leuis. Suſpitio violenta eſt ꝯtra quā nō admittit̄ ꝓbatio: ſicut ſi aliqs inuenit̄ cū muliere corrupta in lecto ſolus cū ſola/nudus cū nuda/loco et tp̄e ad hoc aptis/nec etate: nec parentela: nec aliquo alio obſtantibꝰ eſſet violēta ſuſpitio ſeu preſūptio ꝙ cognouiſſet eā: ita ꝙ nō admitteret̄ ꝓbatio in ꝯtrariū. Probabilis ſuſpitio eſt illa q̄ oritur ex aliqbus ſignis ⁊ cōiecturis probabilibus: ſicut ſi aliquis inueniret̄ frequēter cū aliqua loquens in loco ſuſpecto eſſet ꝓbabilis ſuſpitio ꝙ aliqđ malū ageret. Leuis ſu-

ſpitio eſt q̄ oꝛit̄ ex fatua ⁊ inoꝛdinata ſuſpitione alicuius
Et iſta dr̄ leuis ⁊ fatua ſuſpitio: ſicut ſi viderem aliquē bo
nū virū: ⁊ aliquā bonā iuuenculam ſalutantes ſe vel ſibi
inuicem ridentes: nō in loco vel tp̄e ſuſpectis/ fatuū eſſet
pꝛeſumere q̄ male agerent. Et de tali dicit ſalomō. Qui
cito credit leuis eſt coꝛde. Qñ ergo queritur vtrū ſuſpe-
ctis de aliquo crimine debeat coꝛpus xp̄i dari? Dico q̄ ſi de
aliquo habeat̄ ſuſpitio violēta de aliquo crimine notoꝛio
illi debet denegari coꝛpus xp̄i. verbi grā/ de aliquo habe
tur ſuſpitio violenta q̄ ſit notoꝛie hereticus/ vel vſurari⁹
vel ꝯcubinari⁹: ⁊ ſic de aliis. Dico q̄ anteq̄ det̄ ei coꝛpus
xp̄i debet ſe purgare de iſto crimine. extra de purg. ca. ii.
Si aūt habeat̄ ſuſpitio pꝛobabilis/ non debet ſibi denegari
coꝛpus xp̄i quouſq; eſſet pꝛobatū ꝯtra eū: licet notoꝛie habe
atur talis ſuſpitio ꝯtra eū eſſet tn̄ monendus q̄ purgaret
ſe anteq̄ accederet ad ſacrm̄: ⁊ ſi conſentiret bn̄ eſſet. Si aūt
perſeuerāter inſtaret ⁊ negaret crimē de q̄ pꝛobabiliter pꝛe
ſumit̄ cōtra eū. nō credo q̄ an̄ pꝛobationē eſſet priuādus iu
re qđ hz in petēdo ⁊ accipiēdo coꝛpus xp̄i: pꝛeſertim cū res
ſua agatur: ⁊ ſi indigne accipiat noceat illi ⁊ nō alii/ tn̄ cre
do q̄ ſacerdos ad terroꝛē pōt ſibi ⁊ debet aliqua verba cō-
minatoꝛia dicere/ dicendo. Si digne accipis pꝛoficiat ti-
bi ad ſalutē coꝛpoꝛis ⁊ aīe. ſi indigne: iudicet dñs inter te et
me. Si autē ſuſpitio leuis ⁊ fatua habeat̄ cōtra aliquem
de quocūq; crimine: pꝛopter talem ſuſpitionē cum ſit leuis
et fatua/ in nullo debet agi ꝯtra eū in ſpeciali: in gn̄rali/ tn̄
eſſet bonum q̄ ſacerdos aliqua verba cōminatoꝛia oſtē
deret q̄ nullus debet pꝛeſumi bon⁹ vel malus niſi ꝯſtet pꝛo
certo: q2 multi multa loquuntur: ⁊ quilibet debet ſe purga
re ⁊ quo ad deū ⁊ quo ad pꝛoximū anteq̄ accedat ad iſtud ſacrm̄
Sed numqđ excōicatis debet dari iſtud ſacrm̄? Dico q̄ non
Q̄diu enī ſunt excōicati ſunt diuiſi a pceptione ſacroꝝ z 8

cõione fideliũ. Sed q̄d ſi aliq̄s excõicat⁹ ſit in periculo moꝛtis ⁊ petat coꝛpus xp̄i ſibi dari: q̄d dꝫ fieri? Dico ꝙ aut iſte eſt excõicat⁹ a canone ſiue iure aut iudice. Si eſt excõicatus a canone ſiue iure: ſacerdos debet abſoluere eũ ſi petat hũiliter abſolutionẽ: qꝛ in ꝑiculo moꝛt̄ ſimplex ſacerdos põt ipſm abſoluere a quacũqꝫ ſnĩa excõicationis lata a canone/ etiã ſi abſolutio eſſet ſede aplĩce reſeruata: tñ i quocũqꝫ caſu abſoluat᷑ dꝫ abſolui ſub hac foꝛma. ꝙ ſi dñs pꝛeſtet ſibi vitã/ ſtatĩ q̄cito ꝯmode poterit vadat ad eũ q̄ ipſm abſoluere põt/ mandatũ ipſius ſup illis ꝓ quib⁹ excõicat⁹ fuerat hũiliter receptur⁹. Et niſi faciat ſtatĩ relabit᷑ in eãdẽ excõicationis ſniam ipſo iure: vt hꝫ extra de ſen. excõ. c. Eos q̄ li. vi. Si aũt eſt excõicat⁹ a iudice: aut ꝓ ꝯtumatia tñ/ ꝓ aliquo delicto/ aut ꝓ aliq̄ alio caſu: ⁊ q̄ñcũqꝫ ſit debet abſolui: ſi petat hũilr̃ abſolutionẽ: ita tñ ꝙ pͥmo det pignora vł cautionẽ ydoneã ꝙ parebit ⁊ obediet mãdatis eccłe ⁊ emẽdabit paſſo iniuriã. Et ſi neq̄t dare pignoꝛa vł cautionẽ iuret ꝙ ſatiſfaciet q̄cito poterit. Sed q̄d ſi aliq̄s exiſtẽs in pctõ moꝛtali vel excõicatus in periculo moꝛtis exiſtens/ mittat pꝛo ſacerdote vt cõfeſſionẽ eius audiat et eũ abſoluat ⁊ det ſibi coꝛpus xp̄i/ ⁊ anteq̄ accedat ad eũ amittit loquelam: nunquid debet ſibi dari coꝛpus xp̄i? Dico ꝙ ſi intelligat aliquid monendus eſt: ⁊ ſi non põt loqui: et ꝙ oñdat aliqua ſigna contritionis: ſic ꝙ iunctas manus eleuet ad deũ/ ⁊ percutiat pectus ſuũ: ⁊ per aliqua ſigna oñdat ſe petere abſolutionẽ a pctĩs/ ⁊ a ſnĩa excõicationis et parentes ⁊ amici eius dñt loco ⁊ vice ei⁹ pꝛomittere ⁊ fide iubere/ vel pignoꝛa dare ſi pñt. ꝙ ſi dñs pꝛeſtet ſibi vitã pꝛeſentabit ſe conſpectui illius qui poteſt eum abſoluere mãdatum ipſius ſuper hoc humiliter recepturus: et ſic debent eũ abſoluere ⁊ cõicare. Si autẽ nihil intelligit ſi cõſtet et pꝛobari põt ꝙ ſigna ꝯtritionis ⁊ penitẽcie pꝛeceſſerant debet abſolui ⁊ cōicari: excepti pꝛiꝰ cautionibꝰ ⁊ pignoꝛibus: vel iuramento a parētibus ⁊ amicis: ꝑ modū q̄ dictꝰ eſt ſupꝛa. ¶ Notandū inſuꝑ ꝙ ſacerdos q̄ cōicat ꝓplm̄ ſuū debet eū monere de aliq̄bus. Pꝛio ꝙ nō accedat ad iſtud ſacr̄m cū ꝯſcīa alicuiꝰ pctī moꝛtalis. Scd̄o ꝙ remittat odiū ⁊ rācoꝛē cuiuſcunq̃. Tercio ꝙ nullus excōicatus accedat/nec aliq̄s niſi ieiunꝰ niſi in caſu neceſſitatꝭ. Quarto ꝙ an̄ cōionem ⁊ poſt abſtineāt ab vxoꝛibus ſuis ad minus ꝑ tres dies. de ꝯſe. di. i. Ois homo. xxiii. q. iiii. Sciatis. Quīto ꝙ poſt ſūptionē coꝛpis xp̄i nō ſpuāt in loco imūdo/vel in loco vbi ſputū cōculcat pedibꝰ/ ⁊ hoc ante comeſtionē. Sexto ꝙ ſibi q̄ntum poterūt caueāt a vomitus nauſeatione. Notādū ꝙ poſt ſumptionē coꝛpoꝛis debet ſumi aliquātulum de vino ne aliq̄d de iſto ſacr̄o remaneat/ ⁊ ſpuendo emittat. Unde in aliq̄bus eccleſiis eſt laudabilis conſuetudo ꝙ in die paſche poſt cōiōnē datur aliquātulum de vino ⁊ pane,

¶ Ca. x. De ritu quo debet miſſa celebꝛari.

OMnia honeſte fiant in vobis ⁊ ſcd̄m oꝛdinē. Vba ſūt apl'i infoꝛmātis ⁊ inſtruētis nos quō oꝛdinata ⁊ honeſte opa nr̄a (maxime illa q̄ ad cultū dei ꝑtinēt) faciamꝰ inter que miſſa eſt pꝛincipalioꝛ: ſi in aliis nr̄is opibus oꝛdinate ⁊ honeſte nos habere debeamꝰ multomagis in miſſa. Nūc igitur videndū eſt de ritu miſſe. i. de modo quo debet dici miſſa. vn̄ ſacerdos armis ſpūalibus armatus. i. ſacris veſtibus de quibus ſupꝛadictū eſt indutꝰ debet ꝓcedere ad altare. Et qꝛ vt dt̄ Salomō. Sapiens in pꝛincipio ſermonis accuſatoꝛ eſt ſui. Pꝛimo ſacerdos accuſare debet ſeipm̄. ſ. ꝯfeſſione gn̄ali q̄ valet ad remiſſionē pctōꝝ venialiū ⁊ etiā moꝛtaliū oblitoꝝ. Sed de moꝛtalibus de q̄bus recoꝛdat debet anteq̄ induat ſe/vel an̄q̄ accedat ad altare ſacramētaliter ꝯfiteri: ⁊ ipa ꝯfeſſione facta ꝓcedat miſſam. ¶ Notandū aūt quare hoc ſacr̄m dr̄ miſſa ſcd̄z augu

Dicit᷑ miſſa:qꝛ dū iſtud ſacrm̄ ꝯficit᷑:mittit᷑ celeſtis nūci⁹ Et ſcḋm ꝙ exponit innocētius papa. Iſte celeſtis nunci⁹ eſt magni conſilii angelus:⁊ mittit᷑ iſte ad conſecrandum et iſte eſt ſacerdos inuiſibilis qui pꝛincipaliter ꝯſecrat ⁊ cōficit hoc ſacrm̄ vbicūqꝫ cōficiat᷑. vnde ipſe eſt ſacerdos ⁊ ſacrificiū vt dr̄ aug. Aliā rōnem aſſignat hugo.di.ꝙ iſta hoſtia pōt vocari miſſa:qꝛ trāſmiſſa eſt pꝛimū a pr̄e vt eſſet nobiſcū poſtea a nobis pr̄i:vt ꝓ nobis intercedat. ¶ Sciēdū ꝙ miſſa tribus linguis celebꝛat᷑.ſ.hebꝛaica/greca/⁊ latina. Nam alleluya/amē/oſanna/ſabaoth ſumunt᷑ de hebꝛaica. Kyꝛie eleyſon/xp̄e el'.ſumunt᷑ de greca.reliquā oīa ſunt de latina. Dr̄ autē miſſa iſtis tribus mōis:qꝛ titulus xp̄i in cruce pendentis ſcriptus fuit hebꝛaice/grece/⁊ latine. Diuidit᷑ ergo miſſa ī quattuoꝛ ptes:videlꝫ in obſecrationes/oꝛōes/poſtulatiōes:⁊ graꝝ actiones. Pꝛima pars ptinet ad pp̄li inſtructionē. Scḋa ad materie ꝯſecrationē. Tercia ad materie ꝯſecrate ſūptionē. Quarta ad grarū actionē. Pꝛia ps ꝯtendit᷑ a ṗncipio miſſe vſqꝫ ad offertoꝛiū.ſcḋa ab offertoꝛio vſqꝫ ad finē oꝛōis dn̄ice.ſ.pr̄ nr̄.⁊c. tercia vſqꝫ ad cōionē.quarta vſqꝫ ad finē miſſe. Pꝛia ps ꝯtinet decē vel vndeci ptes. Et pꝛimo dr̄ introitus:qꝛ tūc ſacerdos ṗmo miniſtraturus dꝫ ad altare intrare. Et eſt ſciendū ꝙ antiq̄tus loco introit⁹ dicebat᷑ vn⁹ tot⁹ pſalm⁹ et cantabat᷑ a clero circa gradus altaris/et iō vocat᷑ graduale. Sed btūs hiero.ꝗ ex mandato dn̄i tpe damaſii pape eccleſiaſticū officiū pꝛo maioꝛi parte inſtituit pꝛeter cāticū oꝛdinauit diuerſos introitus ſcḋm diuerſitatē feſtorum ⁊ dieꝝ. Et de illo pſalmo ꝗ antiq̄tus cantabat᷑ loco introitus accepit vnū verſum. Unde in ſimplicibus diebus introitus bis cantatur ad deſignādum ꝙ in xp̄o ſunt due nature.ſ.humana ⁊ diuina. In ſolēnitatibus vero dꝫ ter ad deſignandū tria tp̄a.ſ.tp̄s quod fuit ante legē/tēpus ſub lege/⁊ tp̄s grē. Vn̄ duabꝰ pꝛimis vicibus dꝛ ſubmiſſa voce: qꝛ in pꝛimis duobus tꝑibus nō aperte ⁊ clare loquebank hoīes de xp̄o. tercia aūt vice dꝛ alta voce: qꝛ in tercio tp̄e in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ .ſ. euangeliſtarum.

Poſt introitū dr̄ Kyꝛie eleyſon/et idē eſt quod dn̄e miſerere. Xp̄e eleyſon vero idē eſt ꝙ xp̄e pater miſerere. Et dicitur ter ꝓpter patrē/filiū/⁊ ſpiritū ſanctū. Et dr̄ nonies pꝛopter nouē oꝛdines angeloꝝ: quibus virtute miſſe petimus aſſociari. In diebus ſolemnibus poſt Kyꝛieleyſon dicitur Gloꝛia in excelſis deo: quē hymnū in natiuitate xp̄i angeli decantauerunt vſq; ibi bone voluntatis. Reliqua oīa .ſ. Laudamus te: beatus hylarius ep̄s pictauenſis appoſuit/⁊ ad miſſam cantari inſtituit. Et debet cantari iſte hymnus angelicus in feſtis apoſtoloꝛum/martyꝝ/et confeſſoꝝ: atq; virginū ī quoꝝ honoꝛe dedicata eſt eccl'ia et in feſtiuitatibus beate marie virginis. Sed qn̄ in diebus pꝛofeſtis cantatur miſſa de beata virgine/vel de ſancto ſpiritu/vel de quocūq; alio ſancto: nō dicit in ea hymnus angelicus vel ſimbolum: licet in miſſa pꝛopꝛia decantetur. Et ratio eſt vt dicitur extra de celebꝛatione miſſarum. ca. Conſiliū. vt inter ꝯmemoꝛationē ⁊ ſolēnitatem dꝛfitia oñdatur. In ſubbato aūt qn̄ cantat de beata virgine: credo ꝙ debet dici Gloꝛia in excelſis: qꝛ illa dies eſt dedicata ipſi beate marie virgini: pꝛopter multa que nō opoꝛtet hic dicere. Dicto hymno angelico ſacerdos ad populum ꝯuerſus ſalutat ip̄m dicendo. Dn̄s vobiſcū. Que ſalutatio fuit ſumpta de veteri teſtamēto .ſ. de libꝛo ruth qn̄ dicit booz meſſoꝛibus ſuis. Dn̄s vobiſcū. ¶ Sciendū ꝙ ep̄s loco dn̄s vobiſcū dicit Pax vobis. Et ratio eſt: quia ep̄s repꝛeſentat perſonā xp̄i/ qui qn̄ ſalutabat diſcipulos ſuos dicebat. Pax vobis. Et ſciēdū ꝙ ꝗuis in eccleſia nō ſit niſi vnus: ſemꝑ tn̄ debet dicere ſacerdos Dn̄s vobiſcū quia loquit̄ toti eccleſie/ ⁊ ei rn̄detur. Et cū ſpū tuo. Que reſponſio fuit ſumpta ab ap̄lo in ep̄la ſc̄da ad tim̄. ca. iiii. Poſt ſalutationē ⁊ rn̄ſionē ſubiungit ſacerdos Oremus. loquēs in perſona totius populi. Dicto oremus dicit orationē/ ⁊ iſta vocat̄ collecta: qꝛ olim ep̄s ſiue ſacerdos om̄i populo collecto dicebat eā ſup populū. Quia vero tꝑibus noſtris nō poſſumus ita populum cōgregare ſiue colligere/ dicim⁹ orationē q̄ antiquo et generali vocabulo retento dr̄ collecta: vn̄ iſte orōnes dn̄t dici ſub certo nūero: ita ꝙ dicatur vna vel tres vel quinqꝫ vel ſeptem/ qn̄ dicunt̄ tres ſignant trinitatē perſonaꝝ/ vel dicuntur tres: quia xp̄s in ſua paſſione cuius iſtud ſacramentū eſt memoriale ter legit̄ oraſſe. Primo qn̄ vt tranſiret ab eo hora paſſionis. Sc̄do qn̄ dixit. Pater ignoſce illis: qꝛ neſciūt quid faciūt. Tercio qn̄ dixit. Pater in man⁹ tuas ꝯmendo ſpm̄ meū. Qn̄ vero dicunt̄ quinqꝫ orōnes ſignāt memoriā quinqꝫ vulneꝝ xp̄i/ qn̄ aūt dicunt̄ ſeptē ſignat ꝙ ſacerdos ſi digne dicit miſſam exaudit̄ ꝓ oībus ſeptē petitionibus que in orōne dn̄ica ꝯtinent̄: vel ad deſignandū ꝙ petit ſeptē dona ſpūſſancti ſibi et aliis ꝓ quibus dicit miſſam ꝯmitte miſſe infundi. Et vt dt̄ mḡr iohēs beleth nō debent dici vltra ſeptem. Qn̄ aūt celebrat̄ miſſa ꝓ viuis nō debent dici alique collecte ꝓ defūctis: ⁊ etiā qn̄ dr̄ miſſa ꝓ defunctis nō debet dici ꝓ viuis niſi illa cōis Omnip̄s ſ. d. q̄ viuoꝝ dn̄aris ⁊c̄. Si aūt in miſſa ꝓ viuis aliquo caſu dicatur collecta ꝓ mortuis nō debet dici vltima ſed penultima: qꝛ finis debet correſpōdere principio. Dictis aūt collectis rn̄detur amē. Ad cōfirmationē. Collectis finit̄ dr̄ ep̄la. Et dr̄ ep̄la ab epy qḋ eſt ſupra: ⁊ ſtolon qḋ eſt miſſio/ quaſi ſupra miſſio: quia ep̄le fuerunt ſupramiſſe euāgelio. Et nota ꝙ nullus debet dicere ep̄lam niſi fuerit ſubdiacon⁹. Uel melius eſt ꝙ ſacerdos dicat eā ꝙ̄ puer q̄ iuuat eū ad miſſaꝫ. Poſt ep̄lam dicit̃ rn̄ſoꝛiū qđ ſic noiat̃:qꝛ ꝟſui ſuo vel ep̃le ſiue dꝫ rn̄dere. ꝟſus dꝛ a ꝟtendo:qꝛ illi q̄ dicūt ꝟſum dn̄t ſe vertere ad oꝛientē. Deīn dꝛ alľa cū verſu ſuo:⁊ eſt canticū leticie. Vn̄ tꝑe ieiunioꝝ qđ eſt tp̄s luctus nō debet dici alľa/nec eadē ratione in miſſa pꝛo defunctis. In magnis ſolēnitatibus poſt alľa dꝛ ſequētia.i.ꝓſa q̄ etiā eſt canticū leticie. Et ſignāt iſta duo leticiā glīe paradiſi:ad quam virtute miſſe venire ſperamus. Pꝛoſa dicta dꝛ immediate euangeliū. Et in pꝛīcipio ille qui legit euāgeliū ſalutat ppl̄m vt reddat eū attentū ad audiendū euangeliū. Dr̄ aūt euangeliū ab eu qđ eſt bonū/⁊ angelus quod eſt nuncius:quaſi bonus nuncius:qꝛ in euangelio nūciatur xp̄s qui eſt magni conſili angelus:vel qꝛ in eo nunciant̃ oīa q̄ ꝑtinēt ad ſalutem nr̄am. ¶ Et nota ꝙ qn̄ dr̄ euangeliū de pꝛincipio debet dici. Initiū ſcti euangelii:ſicut in illo euangelio. Liber gn̄ationis Ieſu xp̄i. Qn̄ aūt euangeliū nō ſumit̃ de pꝛincipio debet dici. Sequētia ſcti euāgelii:⁊ eſt ſenſus ſequētia verba ſunt verba ſcti euangelii. Notandū inſuper ꝙ dicto titulo euāgelii debet rn̄deri. Glīa tibi dn̄e. qꝛ in euāgelio legit̃ de glīa dei ⁊ de nr̄a.ſ.qualiter xp̄s dyabolum vicit/⁊ nos redemit:⁊ victoꝛ ad gloꝛiā patris aſcendit. Et iō auditoꝛes euāgelii letātes ad laudes ſui ſaluatoꝛis exclamant dicentes. Gloꝛia tibi dn̄e. quaſi dicāt. Dn̄e glīa tua que in euāgelio pꝛedicat̃ nobiſcū ſine fine maneat et ſemꝑ creſcat. Vn̄ qn̄ legitur euāgeliū duo cerei debent accendi in ſignū ꝙ dn̄s miſit diſcipulos ſuos binos et binos ante faciem ſuam pꝛedicare euangeliū. Notandū tn̄ ꝙ q̄cito inchoatur euangeliū tamcito tam clerus q̄ laicus/tā ꝓferens q̄ audiēs debet ſe munire ſigno crucis in fronte oꝛe ⁊ pectoꝛe. In fronte:qꝛ frons eſt locus verecundie. vn̄ hoīes inuerecundos effrontes dicimus.i.ſine fronte. per hoc ergo ꝙ in fronte crucē ponim⁹:ſig̃mus ꝙ nō erubeſci-

mus credere in ipſm crucifixũ ⁊ eũ verꝝ deũ ⁊ hoiem ꝯfite
ri. In hoc aũt ꝙ os ⁊ pectus ſignam⁹ ſignat nos audacter
confiteri oꝛe/ ⁊ fideliter ⁊ firmiter credere xp̄m crucifixũ/
cuius liber legitur deum ⁊ dñm nr̄m eſſe. Sacerdos itaqꝫ
vel dyaconus euangeliũ lectur⁹ ſe ſignat in fronte oꝛe ⁊
in pectoꝛe. q. d. nõ erubeſco euangeliũ ipſm / oꝛe pꝛedico/
et coꝛde credo. Libꝝ etiã ſignat/ acſi dicat liber hic eſt liber
crucifixi. Dũ aũt legitur euangeliũ cũcti deponũt velami
na capitũ. ⁊ hoc ꝓpt̄ duo. Pꝛimo ad oñdendũ ꝙ euangeli
ca doctrina oĩa velamia legis antique remouet. Scðo ad
oñdẽdũ ꝙ quiqꝫ ſenſus dñt eē apti ad audiẽdũ euãgeliũ
Vñ ille q̄ dt̄ euãgeliũ dꝫ habere faciẽ ad aquilonẽ in ſignũ
ꝙ ꝟtute euãgelii debemus nos munire ꝯtra inſidias dya
boli que veniũt ab aquilone: qꝛ̄ vt dt̄ hiere. Ab aqlone pã
detur omẽ malũ. Finito euãgelio qlibet debet ſe munire ſi
gnaculo crucis ꝯtra dyabolũ ne rapiat ſermonẽ euãgelii
de oꝛe ei⁹ vel de coꝛde. Poſt euangeliũ ſequit̄ ſymbolum
ſcꝫ credo: ⁊ nõ dꝫ dici niſi in diebus ſolẽnibus: nõ tñ in om
nibus: ſed ſolũ in iſtis de quib⁹ fit mẽtio in ſymbolo: vñ de
bet dici in oĩbus dñicis/ in feſto ſctẽ trinitatis in natali
dñi/ in circũciſione/ in epy. dñi/ in feſto paſche/ aſcen. pen=
the. in feſtis btẽ ꝟginis/ in feſto oim ſctoꝝ / in transfigura
tione dñi/ in feſtis oim apl'oꝝ/ ⁊ ſctẽ crucis. In alijs autẽ
feſtiuitatib⁹ nõ dꝫ dici. Dicto ſymbolo dꝫ offertoꝛiũ qð dꝫ
ab offerẽdo: qꝛ tũc offerim⁹ ea q̄ ſunt neceſſaria ad miſſã.
ſcꝫ panẽ ⁊ vinũ ⁊ aquã. Et ſacerdos offerẽdo iſta dt̄. Su
ſcipe ſctã trinitas. ⁊c̄. Et facit ſacerdos ſignũ crucis ſuꝑ pa
nẽ ⁊ vinũ ad hoc: vt ea dñs ſanctificet. Et nota ꝙ ſacerdos
bñdicit aquã ⁊ nõ vinũ: qꝛ aqua ſigt̄ ꝑplm q̄ indiget bñdi
ctione dei: vinũ autẽ xp̄m q̄ eſt ſuꝑ oĩa bñdictus. Et in hoc
terminat̄ ꝑma pars miſſe q̄ eſt ad ꝑpli inſtructionẽ ⁊ pꝛe=
parationem ad tm̄ ſacꝛm̄. ¶ Sequit̄ ſcða pars miſſe q̄ eſt

de materia ꝯſecrationis/⁊ habet quattuoꝛ ꝑtes. Pꝛima pars dr̃ ſecreta. Scḋo pꝛefatio. Tercia canon. Quarta dñica oꝛatio. Recepta igr̃ oblatione ſacerdos lauat manus/⁊ rediēs ad altare ſe inclinat ꝓfunde dicens. In ſpū huilitatis. ⁊c̃. ad denotandū ꝙ ꝑ mundiciā ⁊ innocentiam vite ⁊ huilitatē ⁊ ꝯtritionē coꝛdis efficir̃ q̃s dignus miniſter huius ſacr̃i. Et erectus ſe vertit ad ꝑp̃lm dicēs. Oꝛate ꝓ me fratres. ⁊c̃. Et illi q̃ audiūt miſſam debent oꝛare ꝓ eo dicēdo illū pſalmū. Exaudiat te dñs. vel dicendo. Dñs ſit in coꝛde tuo ⁊ i oꝛe tuo vt ſuſcipiat ſacrificiū de oꝛe tuo et de manibus tuis ꝓ tua noſtraqꝫ oīm ſalute/⁊ laici debēt ſimiliter ſe inclinare/et dicere deuote illud quod ſciunt. Poſtea ſacerdos dicit ſecretas et debent totidē ſecrete et eodē oꝛdine ⁊ de eiſdē dici: quo collecte pꝛeceſſerunt in exoꝛdio miſſe ante epiſtolam: nec plures nec paucioꝛes. Et dicir̃ ſecreta: qꝛ ſecrete ꝓnunciar̃/tñ olim alta voce dicebatur. vnde etiā ab oībus laicis ſciebar̃. Scḋm aūt ꝙ narrat magiſter Johēs beleti in ſumma ſua. Cōtingit ſemel vt quodā die quidā paſtoꝛes ſuꝑ quēdam lapidē ponerēt panē ⁊ dicerēt ſecretas ⁊ alia verba canonis ſuꝑ panē qui ad ꝓlationē eoꝝ eſt conuerſus in carnē: ꝯtra quos diuinitus facta fuit acerrima vindicta/nam oēs ictu fulguris moꝛtui ſūt. Ideo ſtatutū fuit vt de cetero iſte ſacrete ſub ſilentio dicerētur vt neſcirētur a laicis. Scḋa rō eſt vt nō vileſcat: ſicut ſacra ſcriptura tradita eſt obſcure. Poſtea ſacerdos dicit. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Et rñdent. Amē Sacerdos ſalutat populum dicēs. Dñs vobiſcū. De qua ſalutatione dictū eſt ſupꝛa. Et qꝛ in iſto ſacramēto requiritur magna eleuatio mentis in deū: ideo dicit ſacerdos. Surſum coꝛda/quaſi dicat/habete coꝛda ſurſum eleuata ad deū. iuxta verbū apoſtoli dicētis. Que ſurſum ſunt querite. Et populus quaſi obediens et conſentiens dicit.

Habemus ad dñm coꝛda eleuata. Et qꝛ ꝓ oībus que nobis deus ꝯtulit gr̄as ei impendere debemus. ſubiũgit ſacerdos. Gr̄as agamus dño deo noſtro. Et populus quaſi conſentiens: rñdet. Dignũ et iuſtũ eſt. Poſtea dicit᷑ pꝛefatio Et dr̄ pꝛefatio quaſi pꝛelocutio.i. ad miniſteriũ pꝛeparatio: ita ꝙ in pꝛefatione noīant᷑ aliqui oꝛdines angeloꝝ qꝛ in miſſa angelos pꝛeſentes eſſe credimus ⁊ aſſiſtere ſacerdoti. Dicta pꝛefatione ſubiungit᷑ cantus angeloꝝ.ſ. Sanctus ſctũs ſctũs dñs deus ſobaoth.i. exercituũ. ⁊c̄. Oſanna id eſt ſalua obſecro. Et dr̄ ſctũs ter ad denotandũ trinitatem ꝑſonaꝝ. Et dr̄ dñs deꝰ in ſingłari: ad oſidẽũ ꝙ vna eſt eſſentia in tribus ꝑſonis. Et ſumit᷑ iſtud Eſaye. vi. Eſayas enī d̄t ſe vidiſſe ſeraphi et cherubin clamãtes ſctũs. ⁊c̄. Unde nos cantica angeloꝝ cantamus qꝛ ꝑ hoc ſacrificiũ hoīes aſſumi ad angeloꝝ oꝛdines nõ dubitamus: ideo cũ eis ſaluari clamamus Subſequenter dr̄ alius verſus.ſ. Bñdictus q̇ ve. ⁊c̄. qui verſus ſumit᷑ ex euãgelio mat. xxi. ca. Et dum cantatur debet fieri ſignum crucis in ſignuꝫ ꝙ ſumitur de euangelio quod eſt liber crucifixi: ideo confitemur xp̄m in mundum veniſſe/ et ab eo ſaluari rogamus.

¶ Deinde ſequitur canon: ⁊ incipit ibi Te igitur. ⁊c̄. ⁊ durat vſqꝫ ad Pax dñi. Et dicitur canõ quod eſt nomē grecum: ⁊ eſt idē quod regula in latino: qꝛ per hmõi verba fit regulariter huius ſacramēti conſecratio: quia celebꝛans in oībus regulariter debet ſe habere: totũ tñ quod continetur in canone/ excepto Pater noſter. dicitur ſub ſilētio cuius cauſa eſt triplex. Pꝛima qꝛ deus non attendit clamoꝛē oꝛis ſed coꝛdis. Unde dicit beatus Bern. Non vox ſed votũ: ſed coꝛdula muſica vocũ. Non clamoꝛ ſed amoꝛ ſanat in aure dei. Scḋa cauſa eſt vt miniſter qui cũ ſumma reuerentia ⁊ deuotione ac mentis recollectione debet dicere et pꝛoferre oīa verba canonis: ne longo clamoꝛe fatigat⁹ impediať vel deficiat a ſua deuotione. Tercia cā eſt ne ꝑ quotidianū ⁊ ꝑ frequētem vſum verba vileſcant et in locis non ꝯpetentibus dicanť / ⁊ ſic fiant in ruinam. vt ſupꝛa de paſtoꝛibus dixi. In quodā decreto ꝓhibetur ſub anathemate / vt nullus niſi ſit ſacris veſtib⁹ indutus et in libꝛo ⁊ ſuꝑ altare ꝯſecratū ꝓferat v̾ba canonis. Et iō: qꝛ vir pollutus labiis ego ſum: ⁊ iſta ſctiſſima verba ſūt archana q̄ nō lꝫ hoī pctōꝛi loqui: de ipſis taceo. De quibus quidē verbis nulli pꝛopꝛia auctoꝛitate niſi dn̄o pape licet aliq̄d ſubtrahere vł addere. Notādū etiā ꝙ canō ſignāter incipit ꝑ iſtā lrām t / q̄ antiq̄tus fiebat ꝑ modū crucis: qm̄ ſacrificiū qđ fit virtute ipoꝝ verboꝝ eſt memoꝛatiuū dn̄ice paſſionis.. Vn̄ xp̄s q̄ inſtituit hoc ſacꝛm̄ dt. Hoc facite in meā cōmemoꝛationē. luce. xxii. Et qm̄ iſta v̾ba habēt efficaciā a paſſione xp̄i / ideo ꝓpter hoc imago crucifixi ſolet ibi depingi. In iſtis etiā ſacratiſſimis verbis oꝛatio generalis ꝓ ſctā eccłia catholica fit ꝓ papa / ꝓ epō q̄ oꝛdinauit celebꝛantē / oꝛatur etiam ꝓ rege qui eſt dominus tempoꝛalis. oꝛatur etiam pꝛo omnibus oꝛthodoxis. i. xp̄ianis catholice ⁊ aplice fidei cultoꝛibus / q̄ verba exponētur in tercia parte huius opis qn̄ ageť de Credo in deū. Unde ꝑ iſta verba excludūtur ſciſmatici / heretici / iudei / ſarraceni / ⁊ pagani. Et ſic nota ꝙ hic nō oꝛať ꝓ excōicatis / poſtea fit oꝛatio ꝓ illis ꝓ quibus ſacerdos eſt obligatus. Et credo ꝙ ſicut eſt eis obligatus ex oꝛdine charitatis: ita teneť eos oꝛdinare in miſſa: ita ꝙ pꝛimo ponat illum cui eſt obligatus ſacerdos: ita tn̄ ꝙ ſi ſpecialiter dicit miſſam ꝓ aliquo ꝙ virtutē ſacrificii referat ad ipm̄: et pꝛopter hoc non excluditur quin poſſit ⁊ debeat oꝛare pꝛo aliis. ⁊c̄. Eſt tn̄ circa iſtam oꝛationē aduertendū ꝙ debet eſſe mentalis / ⁊ nō vocalis. Cui⁹ eſt duplex rō. Pꝛima eſt vt ſacerdos ſit magis recollectus et attentus / qꝛ ſermo aliqn̄ impedit inten=

tionem. Scđa eſt ad oſtendendū ꝙ deus nō intendit clamorē oꝛis ſed coꝛdis: vt dictū eſt. Notandū etiā ꝙ nullus fidelis cuius occurrit memoꝛia eſt ab illa oꝛatione excludendus: immo quilibet cuius occurrit memoꝛia/ eſt ſemꝑ dn̄o ꝯmendādus alias ſacerdos peccaret. Notandū etiā ꝙ ſacerdos anteꝙ̄ dicat miſſā pōt facere iſtā oꝛōnē dicendo vocaliter deo. Dn̄e deus ego in miſſa intendo tibi recōmēdare iſtū. ⁊c̄. Poſtea ſufficit ꝙ dicat mētaliter i miſſa Memēto dn̄e famuloꝝ quos tibi antea recommendaui. Poſtea vocant multi ſcti ⁊ ſctē qui ꝓ xp̄o oēs ſe ſacrificauerunt exponēdo ſe moꝛti. Et iſta ſufficiūt ꝓ nūc de ꝟbis canonis. Sed aliq̄d dicendū eſt de ſignis q̄ fiūt in canone vn̄ ſcđm ꝙ dicit dn̄s. Juno papa. in li. de miſſa. Crucis ſignationes q̄ fiūt in miſſa/ ſunt numero. xxv. ⁊ fiūt ſeptem vicibus q̄ ſignant expꝛeſſe xp̄i paſſionē. Pꝛima vice fiūt tres dicēdo illa ꝟba. Hec dona hec munera. ⁊c̄. ⁊ ſignāt ternā traditionē xp̄i. Nā pͥmo fuit tradit⁹ a deo p̄re q̄ eū miſit in mundo. Scđo a iuda q̄ eū tradidit. Tercio a iudeis q̄ eū pylato ad crucifigendū tradiderūt. Jn ſcđa vice fiūt quinq; dicēdo illa ꝟba: bn̄dictā/ aſpiratā/ ratā. ⁊c̄. ⁊ ſignant quinq; ꝑſonas q̄ fuerūt in paſſione xp̄i: ſ. ꝑſonā xp̄i vēditi/ ꝑſonā iude vendētis/ ⁊ ꝑſonas ementiū/ q̄ fuerūt tres. ſ. pōtifices/ phariſei/ ⁊ ſcribe. Jn tercia fiūt due: dicēdo illud ꝟbaꝫ bn̄dixit. Et iſte due cruces fiūt pͥmo ſuꝑ panē/ ſcđo ſuꝑ vinū ꝓpter duplicis materie panis. ſ. ⁊ vini cōuerſionē. Jn quarta vice fiūt quinq; dicēdo iſta ꝟba hoſtiā purā ⁊c̄. et ſignāt quinq; vulnera xp̄i q̄ ipē ꝑtulit in cruce. Jn q̄nta fiūt due: vna ſuꝑ coꝛpus/ alia ſuꝑ ſanguinē dicēdo iſta verba. Sacroſctm̄ filii tui coꝛpus. ⁊c̄. Et ſignāt vincula q̄bus ligat⁹ fuit/ ⁊ flagella q̄bus fuit flagellatus xp̄s. Jn ſexta vice fiūt tres dicēdo iſta ꝟba. Scificas/ viuificas. ⁊c̄. et ſignāt tres crucifixiōes xp̄i. Nā pͥmo fuit crucifixus linguis iudeoꝝ. Scđo ſniis pylati. Tercio manibus miſſitū. In ſeptima vice fiūt quinqꝫ dicēdo illa ỽba ꝑ ip̄m. ⁊c. ſcꝫ tres cū corpoꝛe ſuꝑ calicē ⁊ due a latere: ⁊ ſignant tres cruciatꝰ videlꝫ paſſionis/ ꝓpaſſionis/ ⁊ cōpaſſionis: et alte due ſignāt aquā ⁊ ſanguinē q̄ fluxerūt de latere ipſius xpi Et ſic fiūt in vniuerſo. xxv. q̄ eſt nūerus bicubitꝰ. ad deſignandū ꝙ q̄tumcūqꝫ multiplicet hoc ſacrm̄ ſꝑ eſt vnū. Et iſtud ſufficit de ſignis canonis/ et per ꝯñs de ſcđa ꝑte miſſe que ꝑtinet ad materie ſacri ꝯſecrationē: excepto ꝙ qñ dr̄. Pax vobis fiūt tres cruces. ¶ Sequitur tercia pars miſſe: q̄ eſt ad materie ſacri ſuſceptionē. Et in iſta parte ꝓmo ſacerdos frangit hoſtiā in tres partes. Pꝛima ſignat corpus xpi myſticū .i. fideles q̄ peregrinant in hoc mūdo Scđa illos q̄ ſunt in purgatoꝛio. Tercia illos q̄ ſunt in paradiſo Dicto Per oīa ſecula ſeculoꝝ. ⁊ rñſo Amen. dt ſacerdos. Pax dñi ſit ſemꝑ vobiſcū: faciēdo tres cruces cū vna parte hoſtie ſupꝛa calicē. Et ſigt ꝙ per moꝛtē xpi fuit pax in terra inter deū et hoīem refoꝛmata. Poſtea dr̄ ter Agnꝰ Dei. Uñ agnus dr̄ ab agnoſcēdo: qꝛ ſicut ſolo balatu agnꝰ mr̄em ſuā cognoſcit: ita xp̄s mr̄em ſuā in ſua paſſione cognouit vl' dr̄ ab agnitio qđ eſt piū: qꝛ xp̄s ſua pietate nos redemit. Et dr̄ ter Agnus dei: qꝛ xp̄us in ſua paſſione pendens in cruce tria agnouit .ſ. pr̄em ſuū in obediendo/ ⁊ matrem ſuā virginē virgini cōmendando/ ⁊ genus humanū ipſum redimēdo. Et dr̄ bis miſerere nobis: et vltimo dicitur dona nobis pacē. ad oſtendendum ꝙ in mundo iſto et in purgatoꝛio indigemꝰ mīa dei/ ⁊ in paradiſo habebimꝰ pacem et requiē opulentiſſimā. In miſſa aūt ꝓ defunctis dicitur Dona eis requiē: qꝛ miſſa ꝓ eis dr̄ vt veniāt ad requiē paradiſi. Deinde ponit ſacerdos vnā partē hoſtie in calicem/ ⁊ ſignat (vt dictum eſt) illos qui ſunt in paradiſo qui ſunt inebꝛiati glīa paradiſi: ſcđm illud pſal. ꝓ. xxxv.

Inebriantur ab vbertate domus tue ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Accepto dehinc oſculo ſcd̄m quoſdam ab euchariſtia/ſecundum alios a calice/et ſecūdum alios ab altari dat pacem dyacono/⁊ ille ſubdyacono/ ⁊ ſic ꝑ iſtos deſcendit ad alios ad deſignandū ꝙ pax dn̄i que exuperat omnem ſenſum per xp̄m deſcendit ad prelatos/et a prelatis ad ſubditos / etiam ſignat ꝙ omnes qui volunt eſſe participes fructus iſti⁹ ſacri debent eſſe in vinculo pacis ⁊ caritatis aſtricti. Dict's autē duabus orationibus ſacerdos recipit iſtud ſacrm̄ ſub ſpecie panis ⁊ vini. Laicis vero nō datur ſub ſpecie vini ꝓpter periculū effuſionis. Poſt ſumptionē ſacri debet ſacerdos aliqd recipere de vino et abluere os:niſi eſſet illa die aliam miſſam celebraturus. Et ſic terminatur tercia pars miſſe que pertinet ad ſacramenti ſumptionē. Sequitur quarta pars que pertinet ad gr̄arum actionē. in qua p̄mo dr̄ cōio a con qd̄ eſt ſimul ⁊ vnio quaſi ſimul vnio ad denotandum ꝙ virtute huius ſacramenti ſumus per caritatem vniti deo et proximo. Poſt cōmunionē dr̄ oratio quedā que vocatur poſtcōio/eo ꝙ dicitur poſt cōionem. Et debent dici iſte orationes in eodē numero ſicut collecte. Poſtmodū populo ſalutato ⁊ rñſo. Et cum ſpiritu tuo/dicit ſacerdos. Ite miſſa eſt/⁊ eſt ſenſus Ite poſt me ad xp̄m et ſequimini ipſum:quia hoſtia eſt miſſa pro nobis ad deum patrē placandū:vel ite ad propria qꝛ miſſa eſt completa. Et nota ꝙ ite miſſa eſt nō debet dici niſi dicatur Gloria in excelſis. Sed dr̄ Bñdicamus dn̄o. Et in miſſa pro defunctis dr̄ Requieſcāt in pace. Si queratur quare nō in fine cuiuſlibet miſſe dr̄ Ite miſſa eſt. Dico ꝙ corpus xp̄i miſticū quod eſt eccleſia eſt triplex. ſcilicet illud quod eſt in celo glorificatum. id eſt ſancti qui ſunt in paradiſo. Aliud eſt quod in terris adhuc ambulat/id eſt fideles qui ſunt in hoc mundo. Aliud quod iam receſſit ab hoc mūdo:nō tñ adhuc eſt: i paradiſo.i. fideles q̄ ſūt in purgatorio:lꝫ ergo q̄libet miſſa totū corpus xp̄i myſticū reſpiat:ſicut ptꝫ ꝑ triplicē hoſtie ꝑtitionē:tñ ſcđm iſtā triplicē dꝛn̄am cōiter miſſe cōparari dn̄t aut appꝛopꝛiari. Quedā enī celebꝛant̄ ad honorē ſcōꝝ:⁊ qꝛ ipſi iā ſunt corā deo:in talibus miſſis licentiatur pp̄lus:⁊ dr̄ ite miſſa eſt.q.d. Ite feſtinate ingredi illā requiē. Quedā ſpecialiter ad ſalatem viuoꝝ. Et qꝛ nō ſumus certi de ſalute nr̄a. Ideo debemus ſolliciti eſſe ne ꝑ nr̄am negligentiā in nobis miſſe efficatia euaneſcat. iō dr̄ iſtis miſſis oi tpe. Bn̄dicam⁹ dn̄o ſcđm illud pſal. ꝓo. xxiiii. Bn̄dicā dn̄m in oi tpe. Quedā ſpecialiter celebꝛant̄ ad requiē defunctoꝝ/⁊ in illis dr̄ reqeſcant in pace.

¶ Nota ꝙ ſacerdos in miſſa quinqͤs vertit ſe ad pp̄lm/⁊ ſepties ſalutat ipm̄. ꝙ quinquies vertit ſe ad populum ſignat ꝙ quinquies apparuit in die reſurrectionis ſue. Pꝛimo marie magdalene in horto. Scđo mulieribus euntibus ⁊ redeuntibus de monumēto. Tercio beato petro:ſed qn̄ ⁊ vbi neſcit̄/ideo qn̄ vertit ſe tercio ſacerdos nō loquit̄ alte. Quarto apparuit diſcipulis in vnū ꝯgregatis qn̄ intrauit ad eos ianuis clauſis:⁊ thomas nō erat cū eis. Quīto apparuit duobus diſcipulis eūtibus in emaus ꝙ aūt ſepties ſacerdos ſalutat pp̄lm ſignat ꝙ virtute miſſe cōſequamur vitā eternā:in qua habem⁹ ſeptē dotes/quattuoꝛ ex ꝑte corpoꝛis/⁊ tres ex parte anime. Nota ꝙ ſacerdos incipit miſſam a dextera ꝑte altaris/⁊ poſtea vadit ad ſiniſtrā:⁊ redit iteꝝ ad dexterā. et ſignat ꝙ xp̄s de dextera pr̄is venit in mundū:⁊ iteꝝ redijt in die aſcenſionis ad dexterā pr̄is:iuxta illud: Exiui a pr̄e ⁊ veni in mundū iterum relinquo mundū:⁊ vado ad patrē. Si querat̄ vtꝝ canō debeat dici tarde vel cito.i. an ſacerdos debeat multū morari in canone vel nō? Dicendū eſt ꝙ ſacerdos debet cū bona maturitate ⁊ cū magna attentione dicere oīa v̓ba ca=

nonis:nō tñ dꝫ ibi multū moꝛari:ne muſce veniētes.i.diabolice tētatiōes ꝑdant ſuauitē vnguēti.i.ſuauitatē huius ſacri:qꝛ volūtas hois multabilis eſt:⁊ nunꝙ̄ in eodē ſtatu ꝑmanet:iō ſub figura hui⁹ fuit dictū filiis iſrael ꝙ comederēt agnū paſchalē feſtinātes. Notandū etiā ꝙ miſſa nunꝙ̄ debet dici ſine lumine. Et hec de ritu miſſe ſufficiant.

¶ Ca.xi. De defectibus qui poſſunt occurrere in miſſa.

VBi maius ꝑiculū intendiꝛ/ibi pleni⁹ eſt conſulendū. Et qꝛ in celebꝛatione miſſe niſi debito mō fiat:imminet maximū periculū: iō de defectibus ꝗ pñt in miſſa ꝯtingere dꝫ ſūmoꝑe pꝛecaueri:⁊ ſi ꝯtingant ſūt vt melius poterunt coꝛrigēdi. Poſſunt ergo defectus eſſe in miſſa ante conſecrationē/vel poſt ꝯſecra. vel in ipſa cōſecra. Ante cōſecrationē pñt eſſe defectus ſi nō miniſtreꝛ debita materia/puta ſi loco vini miniſtrareꝛ aqua. Vñ pone ꝙ ſacerdos vel miniſter ꝗ ſeruit ſibi in miſſa poſuit in calice aquā credēs eſſe vinū albū/ꝗd debet facere ſacerdos? Dicēdū ꝙ ſacerdos aut ꝑcipit iſtū erroꝛē añ cōſecrationē vel poſt. Si añ ꝯſecrationē dꝫ aquā eiicere:⁊ vinū miſceri cū aqua et ſic poteſt ꝑagere miniſteriū ſuū. Si aūt aduertit ſe poſt ꝯſecrationē coꝛpoꝛis aut aduertit anteꝙ̄ ſumat ipm̄/aut poſt. Si ante:dꝫ miſcere vinū cū aqua in calice:⁊ reincipere in illo loco. Simili mō.⁊c̄.et pꝛoſequi vſqꝫ ad finē. Si aūt ꝑcipit poſt ſumptionē coꝛꝑis:debet adminiſtrare vnā hoſtiā nō ꝯſecratā/⁊ ibi ponere vinū cū aqua ī calice/⁊ reincipere a pꝛīcipio canonis Cōicantes.⁊ ꝑficere miniſteriū ſuū. Et ſi dicas ꝙ iſte foꝛte nō ꝑcipit iſtū erroꝛē donec ſumpſit aquā que loco vini fuit poſita in calice:⁊ ſic nō eſt ieiunus:et ſic vt videꝛ nō debet celebꝛare. In iſto caſu dico ꝙ hoc eſt tenendū ꝓ regula generali:ꝙ qñcūqꝫ circa vnaꝫ materiā ſunt duo pꝛecepta:foꝛtius magis obligat:mō circa celebꝛationē miſſe ſunt duo pꝛecepta:vnū ꝙ nulla dicatur a ieiuno. aliud ꝙ ſacr̄m ꝑficiat. i. ꝙ celebrãs ſꝑ conſecret ſub vtraqꝫ ſpecie. ſ. panis ⁊ vini. Conſtat aūt ꝙ preceptū de integritate ſacr̄i fortiꝰ eſt q̄ȝ preceptū qđ ſumat̄ a ieiuno: cū illud reſpiciat eſſentiā ſacr̄i/ ⁊ iſtud eiꝰ vſū/ quare q̄tumcūqꝫ iſte ſupſerit aquā ⁊ nō ſit ieiunꝰ: tn̄ debet facere ſicut ſupra dictū eſt. ſ. ꝙ habeat hoſtiā nō ꝯſecratā vinū et aquā/ ⁊ reincipiat a principio canonis: vel ab illo loco Cōicantes. ⁊c̄. et ſic totū ꝓſequat̄ vſqꝫ ad finē. Sed ſi ille q̄ miniſtrat vinū nō appoſuit ibi aquā in calice: qđ agendū in hoc caſu? Dico ꝙ ſi ſacerdos ꝑcipit iſtud an̄ ꝯſecrationē ſanguinis debet ponere aquā in calice: ⁊ ſic ꝯſecrare. Si autē ꝑcipit poſt ꝯſecrationē ſāguinis debet ꝯfiteri de negligētia ⁊ cōteri et ꝓcedere in miſſa: qꝛ vinū eſt ꝓpria materia huiꝰ ſacr̄i et nō aqua vt dictū eſt ſupra: debet tn̄ admiſceri ex quadā ꝯgruitate. Sed qđ ſi ſacerdos aduertat venenū eſſe immiſſum in calice vel araneā vel muſcā ibi cecidiſſe nunqđ debet ſumere? Certe q̄tū ad venenū vel araneum dico ꝙ nō ne calix vite fiat calix mortis: ſed ſanguis iſte debet poni inter reliquias in aliquo vaſe mūdo ⁊ apto cū aliqua ſcriptura notificāte ibi eſſe ſāguinē xp̄i: ⁊ ꝙ nō ſumatur ab aliquo: qꝛ ſpēbus illis eſt admixtū venenū. Et ſi ſacerdos nō ſumpſerit corpus xp̄i: debet ponere aliud vinū in calice cū aqua/ ⁊ reincipere ab illo loco. Simili mō. Si autem iā ſumpſerit corpus xp̄i: debet habere aliā hoſtiā nō cōſecratā. vt dictū eſt ſupra. Quātū ad muſcā dico ꝙ ꝓpter muſcā nō debet dimittere quin ſumat/ nō tn̄ credo ꝙ debeat tranſglutire muſcā: vt dicūt quidā: ſed ſufficit ꝙ lauetur ſed lotio ſumat̄/ ⁊ ſi timeat̄ de vomitu: comedat aliqđ ꝓhibens vomitū/ ⁊ muſca cōburat̄: ⁊ cinis in ſacrario reſeruetur. et idē dico de aranea. ſ. ꝙ debet ꝯburi ⁊ cinis in ſacrario reſeruari. Sed pone ꝙ qn̄ ſacerdos eleuat hoſtiā appareat ibi ſpecies pueri vel carnis/ qđ faciet? Dico ꝙ aut ap paret ita oībus aut ſacerdoti tm̄/aut ppl'o tm̄. Si apparet oībus ita.ſ.ppl'o ⁊ ſacerdoti debent effundi pꝛeces ad deum vt reuertat᷑ ſpēs panis ⁊ ſi fiat debet ſumi ſin autem dꝫ haberi alia materia ⁊ ꝯſecrari. Si aūt nō apparet ſacerdoti/ſed ppl'o tm̄: dꝫ ſumi a ſacerdote. Sed qd̄ pōt ꝯtingere ſi calix cadat ⁊ ſanguis effundat᷑: qd̄ ergo eſt agendū? Dico ꝙ qd̄ ſit agendū in hoc caſu: edocet᷑ in quodā decreto publico Chꝛiſte. in quo dꝫ ſic. Si per negligentiā aliqd̄ ſtillauerit ſup terrā/lingua lambat᷑/ et tabula ſeu terra radat᷑ et in igne conſumat᷑/⁊ cinis intra altare abſcondat᷑: ⁊ ſacerdos quadꝛaginta diebus peniteat/ſi ſup altare ſtillauerit calix ſoꝛbeat miniſter ſtillam ⁊ tribus diebus peniteat ſi vſq̃ ad terciū lintheū ſtilla ꝑuenerit.ix.diebus peniteat.ſi ad quartū.xx.diebus peniteat: ⁊ lintheamina q̄ ſtilla ꝯtigerit trib⁹ vicib⁹ abluat miniſter calice ſūpto: ⁊ aqua ablutionis ſumat᷑ ⁊ in aliq̄ vaſe iuxta altare recondat᷑. Si qs̄ per ebꝛietatē vel voꝛacitatē euchariſtiā euomerit/ſi laic⁹ eſt xl.diebus peniteat.clerici vero monachi/⁊ dyaconi ⁊ pꝛeſbyteri.lxxx.diebus peniteant/ep̄i aūt.xc. Si vero infirmitatis cauſa euomerit ſeptē diebus peniteat. Iſta habent᷑ de ꝯſe.di.ii.c. Si ꝑ negligentiā. ⁊ ca. Si qs̄ ꝑ ebꝛietatem. Et materia illius vomitus debet accipi ⁊ ꝯburi/⁊ cineres iuxta altare recondi. Que penitentia debet eſſe iſta? Dicunt aliqui ꝙ oībus diebus illi⁹ pnīe debet ieiunare in pane ⁊ aqua/et ceſſare a cōione. Alii dicunt ꝙ ſufficit ꝙ faciat aliquā abſtinentiā ⁊ dicat aliquas oꝛatiōes. Sed pone ꝙ aliqs̄ ſacerdos induat ſe ad celebꝛandū ⁊ poſtq̄ pꝛoceſſit ad miſſam recolit ſe aliqd̄ pctm̄ commiſiſſe de quo nō fuit confeſſus/vel recolit ſe fuiſſe excōicatū: qd̄ faciet? Si pꝛocedat videt᷑ peccare moꝛtaliter: qꝛ vt ait apl'us iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Si aūt ex toto dimittat magnū ſcādalum in ppl'o generat. Dicunt quidā ꝙ talis ſacerdos nō debet dicere v͛ba cōſecrationis/ſed ſimplicē hoſtiā debet ſumere:ſed iſtō nō eſt veꝝ imo erroneū:qꝛ talis deū deluderet faciēdo irreuerētiā ſacr̄o:ꝛ ꝑplm deciperet:qꝛ facēt eū ydolatrare:ita hꝫ de cele.c.De hoīe.Et iō dico ꝙ ſi iſte ſacerdos non pōt dimittere miſſam abſqꝫ ſcādalo:ſufficit ꝙ doleat et peniteat ꝛ ꝯterat de pc̄ō ſuo.Doleat etiā ꝙ ita tarde penitet:ꝓponat ꝯfiteri ꝙ̄cito poterit habere opportunitatem et conſecrat in noīe dn̄i : qꝛ in iſto caſu ſummus ſacerdos ſcꝫ deus abſoluit eū.Et licet quidā dicāt ſimile eſſe in ſnīa excōicationis/tn̄ credo ꝙ in iſto caſu ſi ſacerdos nō ꝓceſſit ad ꝯſecrationē debet dimittere/fingendo ſe eſſe infirmum vel habens aliquam neceſſitatem legittimam: vel ſi non poteſt dimittere doleat ꝛ peniteat et proponat et faciat ſe abſolui.Et credo ꝙ ꝙ̄tū ad illud pc̄m eſt abſolutus a ſūmo ſacerdote.ſ.a deo:ꝛ hoc eſt ꝙ̄tū ad culpā.Utꝝ aūt ꝙ̄tū ad penā irregularitatis ſit abſolutus nō de termino quo ad nunc.Sed pone ꝙ ſacerdos omiſerit aliqd̄ de verbis canis:nunqd̄ dꝫ ea repetere:Dico ꝙ aut hꝫ cōſcientiā ꝓbabilem ꝙ dimiſit aliqd̄ de verbis/ꝛ ſic debet ea repetere potiſſime ſi habeat cōſcientiā de verbis ꝯſecrationis:qꝛ nō intelligit̄ iteratū qd̄ dubitat̄ dimiſſum ſup.ꝓbabiliter/vel neſcit̄ eſſe factū:vt dicit̄ de ꝯſec.di.iiii.c.Cū nulla.extra de pb̄r̄o nō bap.c.Veniēs.Si tn̄ vt credo ſacerdos habeat iſtā intentionē/ſi dixi iſta verba nō intendo ea repetere cū intētiōe ꝯſecrādi:ſed ſi nō dixi dico ea.ar.ex.de bap.et eius effectu.ca.ii.vbi dr̄.Si tu non es baptizatus ego non te baptizo:ſed ſi tu nō es baptizatus ego te baptizo.In noīe.ꝛc̄.Propter aūt leuē ꝛ ſcrupuloſam ꝯſciam non debent iterari hmōi verba:iō ſacerdos debet eſſe multum recollectus ꝛ attentus qn̄ dicit verba hec.Sed pone qn̄ ſacerdos celebrat faciēdo ſigna cū hoſtia/forte ꝓpter frigꝰ vel ex inaduertētia vel ꝓpter aliqd̄ aliud cadit hoſtia in ſanguinē q̄d dꝫ fieri? Dico ꝙ debet eā dimittere nec extrahat eū īn: ſed ſumat eā cū ſanguine: qꝛ ſigna et fractiones que fiūt cū hoſtia magis fiūt in ſig̃tionē ꝙ̄ ſint de eſſentia miſſe/ pone etiā ꝙ ꝓpter frigus ſāguis ꝯgelet in calice q̄d agēdū eſt? Dico ꝙ tūc ſacerdos dꝫ tm̄ exalare.i.anhelare in calicē liquefiat: tm̄ credo ꝙ tutius eſſet ꝙ calix īnuolueretur in pānis calidis: ⁊ ſi nō ꝓficeret ponatur in aqua calida ⁊ feruēti: cauēdo tm̄ ne aqua ſubitret. Sed pone ꝙ q̄n ſacerdos dicit miſſam moritur vel ꝑcutitur aliqua infirmitate/ ita ꝙ nō poteſt finire miſſam q̄d agendū eſt? Dico ꝙ circa iſtā materiā eſt vna rō gn̄alis. ꝙ ſꝫ ille q̄ dicit miſſā debet ꝑficere ⁊ ſumere illud ſacrm̄ ſi pōt: ſi nō pōt: alius debet ſumere ⁊ ꝑficere loco eius. In ꝓpoſito ergo dico ꝙ aut ſacerdos moriť vel impediť ante inceptionē canonis/ aut poſt: ſi ante/ nō eſt curandū. ſi poſt/ aut an̄ ꝯſecrationē/ aut poſt. ſi ante: aliꝰ ſacerdos debet ſe induere ⁊ incipere vbi dimiſit. ſed ſi moriať vel impediať poſt ꝯſecrationē. alius ſacerdos debet ſupplere illud quod remanet et ſuſcipere ſacramentum: ſed pone ꝙ moritur poſtꝙ̄ ſumpſerit corpus/ et anteꝙ̄ ſumat ſanguinem. In iſto caſu dico ꝙ alius ſacerdos debet ſumere ſanguinē ⁊ ꝯplere officium miſſe. Sed pone ꝙ mus vel aliq̄ alia beſtia ſumpſerit ſpēs ꝯſecratas: q̄d agendū eſt? Dico ꝙ ſi poſſent extrahi ille ſpēs ab illo aīali illud aīal debet aperiri: ⁊ ſpēs reuerēter in ſacrario reponi: et aīal ꝯburi ⁊ cineres intra altare recōdi. Sed pone ꝙ ſacerdos tāto tpe reſeruauit illas ſpecies ꝙ iā ſunt putrefacte ⁊ corrupte: q̄d faciendū eſt de iſtis ſpēbꝰ? Dico ꝙ iſtud in iſta materia habēdū eſt ꝑ rła gn̄ali. ꝙ tādiu manet ſub iſtis ſpēbus corpus et ſanguis xp̄i: ꝙ̄diu ſub ipſis maneret ſubſtātia panis ⁊ vini an̄ conſecrationē ⁊ tācito corpus et ſanguis deſinūt eſſe ſub ſpeciebus iſtis: ꝙ̄cito deſineret ibi eſſe ſubſtātia panis ⁊ vini. ⁊ iō ſi ille ſpēs venirēt ad tan-

tā corruptionē ꝙ ſubſtātia vel apparētia panis ⁊ vini ſub
eis nō maneret nec poſſet manere:iā ibi nō eſt corp⁹ nec ſā
guis xp̄i:iō nō deberēt ſumi vt ꝯſecrate:ſed ſacerdos poſtq̄ i
miſſa ſūpſit corpus xp̄i:ſumat eas reuerēter:ſʒ nō vt con
ſecratas. Si aūt nō venirēt ad tātā corruptionē qui ſub
eis poſſet manere ⁊ maneret ſubſtātia panis ⁊ vini dn̄t ſu
mi ꝯſecrate. Sed qd̄ ſi ex illis ſpeciebus corruptis ſint ver
mes gn̄ati qd̄ dꝫ fieri ex illis vermibus? Dico ꝙ dn̄t ꝯburi ⁊
cineres intra altare recōdi:⁊ ſacerdos ex cui⁹ negligentia
iſtud accidit dꝫ grauiter puniri. iō ſacerdos dꝫ precauere
ne nimi longo tp̄e reſeruet euchariſtiā ⁊ ꝙ nō ſeruet eā in
loco nimis humido:ita ꝙ ille ſpēs poſſint de facili corrūpi.

¶ Hec circa euchariſtie ſacramentum ⁊ eius miniſtrū ac
ornamēta preſcripſi ſimplr̄ ac breuiꝫ vt ſimplices in tali
bus certitudinē iuenirēt:⁊ in aliis q̄ lōgū tractatū exigūt
dareꝶ eis occaſio cogitandi/dubitandi/et interrogandi.

¶ Tractatus. v. p̄ie ptis p̄ncipalis eſt de ſacr̄o ordinis.

ORdinē in p̄ncipio hui⁹ libri poſitū ꝓſequēdo. Dicto de
ſacr̄is q̄ ꝓducūt ⁊ ꝓmouēt/⁊ ꝯſeruāt hoīem in eē ſpi-
rituali q̄ ſunt baptiſm⁹/ꝯfirmatio/⁊ euchariſtie ſacr̄m. di
cendū eſt nūc de ſacr̄is q̄ ſi hō ceciderit/faciūt vt reſurgat.
Et iſta ſunt penitētia q̄ ſanat hoīem a pctō/⁊ extrema vn
ctio q̄ ſanat reliq̄as pctōꝝ. vn̄ qm̄ in ſcd̄a pticula hui⁹ libel
li ageꝶ de ꝯfeſſionū audiētia ⁊ penitentiaꝝ impoſitione. iō
tractat⁹ de ſacr̄o pn̄ie vſqꝫ tūc differeꝶ ne ſepe eadē iterare
oporteat:qꝛ etiā digni⁹ dꝫ precedere min⁹ dignū cū ſacr̄m
ordinis mai⁹ ſit ⁊ digni⁹ ſacr̄o extreme vnctionis:iō prius
dicendū eſt de ſacr̄o ordinis q̄ꝫ de ſacr̄o extreme vnctionis
Qm̄ ꝯferre ſacr̄m ordinis de iure ⁊ rl'ariter pertinet ad ſo
los ep̄os q̄ vnctionē q̄ eos edocet teſte btō iohāne recipi-
unt:iō circa materiā ſacri ordin s cū pauca dicā cuꝫ ſctōs
ac venerabiles ep̄os in p̄res ac dn̄os ſicut habeo habere de

ſiderē in magnos/ veꝝ qꝛ ſacerdotibꝰ oībus tota eoꝝ ptās in collectionē oꝛdinū tribuit̄. iō aliqua de ſacꝛo oꝛdinis expedit eos ſcire: q̄ ſub bꝛeui ꝯpēdio ꝯpꝛehendā. Et hec quo ad nūc ad quīqꝫ reduci pñt de q̄bus per oꝛdinē agendū eſt. Pꝛimo q̄d ſit oꝛdo. Sc̄do quot ſunt oꝛdines. Tercio ſi in quolibet oꝛdine impꝛimat̄ caracter. Quarto in quo actu impꝛimit̄ caracter. Quīto q̄ requirunt̄ in ſuſcipiēte oꝛdines

¶ Ca.i. Quid eſt oꝛdo.

ORdo a hugone de ſancto victoꝛe ſic deſcribit̄. Oꝛdo eſt ſignaculum quoddā in quo et ꝑ quod ſpūalis poteſtas ſeu officium tribuitur oꝛdinato: ⁊ ponitur ibi poteſtas quo ad oꝛdines pꝛopꝛie dictos: ſed officiū ponitur ibi quo ad oꝛdines communiter dictos.

¶ Capitulum.ii. Quot ſunt oꝛdines.

IN numero oꝛdinū diuerſificātur doctoꝛes canoniſte et theologi. doctoꝛes eni canoniſte dicūt ꝙ ſunt nouē oꝛdines. ſ. pſalmiſtatꝰ/ hoſtioꝛiatꝰ/ lectoꝛiatus/ exoꝛciſtatus/ accolitatꝰ/ ſubdyaconatꝰ/ dyaconatus/ pꝛeſbyteratꝰ et ep̄atus. Et foꝛte rō que mouet eos eſt. Nā cū in quolibet oꝛdine tribuatur ſpūalis ptās vel officiū: ubi eſt ſpūalis ptās ⁊ ſpūalis oꝛdo: ſed ī ep̄atu tribuitur ſpiritualis poteſtas: ⁊ in pſalmiſtatu ſpūale officiū: ergo ep̄atus eſt ſpiritualis oꝛdo ⁊ etiā pſalmiſtatus. vt ergo eccleſia militās coꝛreſpondeat triumphāti/ ſicut eni in triumphanti nouē ſunt oꝛdines angeloꝝ: ita in militanti ſunt nouē oꝛdines miniſtroꝝ: ⁊ eſt ſatis apta ꝯgruētia. Doctoꝛes vero theologi multi/ et q̄ꝙ plures ex eis tenent ꝙ non ſunt niſi ſeptē/ quare ponunt ꝙ pſalmiſtaꝰ non eſt oꝛdo/ nec ep̄atus: vt ſic ſeptifoꝛmi gratie ſpūs ſancti coꝛreſpondeant ſeptē oꝛdines. Quicquid ſit de hoc ſatis puto ꝙ pſalmiſtatatus non ſit oꝛdo: ſicut nec pꝛima tonſura de qua magis videretur q̄ꝙ pſalmiſtatus cū conferatur a ſimplici ſacerdote. p̄ma autē tonſura oꝛdinarie ab ep̄o confert̄: vñ dicūt doctoꝛes ꝙ̄ p̄ma tonſura nō eſt oꝛdo: ſed diſpoſitio ad oꝛdines: diſpoſitio in q̄ nō eſt neceſſitatis ſed ꝯgruentie. De epiſcopatus vero vtꝝ ſit ſpiritualis oꝛdo dubito: ideo dimitto iſtud determinationi maioꝝ. Btūs aūt Thomas in quarto ſuo dicit ꝙ oꝛdo tripliciter dr̄. Uno modo eſt nomē officii: ⁊ ſic pſalmiſtatus eſt oꝛdo Scdo mō eſt nomē dignitatis ⁊ ſic ep̄atus eſt oꝛdo. Tercio eſt cuiuſdā ſpūalis ptātis/ ⁊ ſic nō ſūt niſi ſeptē. Et iſto mō pñt ꝯcoꝛdari doctoꝛes. Numerus aūt et ſufficientia iſtoꝝ ſeptē oꝛdinū cōiter ſic a doctoꝛibꝰ hr̄: ois eni oꝛdo ideo dr̄ oꝛdo/ qꝛ oꝛdinat̄ ad coꝛpus xp̄i ꝓut in ſacramēto euchariſtie ꝯtinet̄. Et ſcd̄m ꝙ dr̄ btūs aug. ſcd̄m ꝙ magis accedit ad ſacr̄m euchariſtie/ oꝛdo dr̄ maioꝛ ⁊ dignioꝛ/ pōt ergo aliq̄s oꝛdo oꝛdinari ad coꝛpus xp̄i ꝯſecrādū/ ⁊ ſic eſt pꝛeſbyteratꝰ: cuiꝰ eſt coꝛpus xp̄i ꝯſecrare: vel ad ip̄m ꝯſecratū ꝑplo miniſtrandū: ⁊ ſic eſt diaconatꝰ: cuiꝰ officiū erat antiq̄tus ſanguinē xp̄i ꝑplo diſpēſare: vñ dicit btūs laurētius btō ſixto. Nūquid degenerē me ꝓbaſti: cui cōmiſiſti dñici coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis ꝯſecrationē? Uel oꝛdinatur ad materiā de qua ꝯficit̄ ip̄m coꝛpus xp̄i pꝛeſbytero pñtandum/ ⁊ ſic eſt ſubdiaconatus: cuiꝰ eſt panē calicē cū vino ⁊ aqua pꝛeparare vel oꝛdinat̄ ad hmōi materiā ad altare appoꝛtandā/ et ſic eſt accolitatus: cuiꝰ eſt pixidē cū pane ⁊ vrceolos cū vino ⁊ aqua ad altare poꝛtare. Uel oꝛdinat̄ ad dyabolū effugandū: ne hoies a ſuſceptione huius ſacr̄i impediat/ ⁊ ſic eſt exoꝛciſtatus: cuiꝰ eſt demones adiurare. Uel oꝛdinat̄ ad dignos in eccl'ia admittēdum et indignos excludēdū/ ⁊ ſic eſt hoſtiariatꝰ: cuiꝰ eſt hoſtiū eccleſie cuſtodire/ ne indigni intrēt. Uel oꝛdinat̄ ad ea q̄ de xp̄o in hoc ſacr̄o cōtento in veteri teſtamēto dicta erāt ꝓponendū/ ⁊ ſic eſt lectoꝛatus: cuius eſt ꝓphetias veteris teſtamēti legere. Et ſic hr̄ nūerus ⁊ ſufficiētia ſeptē oꝛdi num ꝓpꝛie dictoꝝ. Hoꝝ autē oꝛdinū quidā vocantur minoꝛes non ſacri. ſ. lectoꝛiatus/hoſtiariatus/exoꝛciſtatus/ et accolitatus. Alii aūt tres ſcꝫ ſubdyaconatus/ dyaconatus/et pꝛeſbyteratus vocantur maioꝛes et ſacri.

¶ Ca.iii. Si in quolibet oꝛdine impꝛimatur caracter.

CUm ſcd̄m ꝙ dictū fuit ſupꝛa qñ agebat̄ de ſacr̄is in generali caracter ſit quedā ptās ſpūalis ꝑ quā recipiēs ſacr̄m impꝛimēs caracterē pōt facere vel recipere aliq̄d ſpūale: qđ nō pōt ille q̄ nō recipit hmōi ſacr̄m: ⁊ cū quilibet recipiēs oꝛdinē poſſit facere aliq̄d ſpūale: qđ nō pōt facere ille q̄ caret illo oꝛdine/ſicut pꝛeſbyter pōt ꝯſecrare qđ nō pōt facere ille q̄ nō eſt pꝛeſbyter: ⁊ ſic de aliis. Jdeo de quolibet oꝛdine impꝛimit̄ caracter. Et ſi dicas ꝙ nō oꝛdinatus pōt facere ea q̄ ſunt oꝛdinis: ſicut nō accolitus pōt poꝛtare pixidē cū pane/⁊ vꝛceolos cū vino et aqua ad altare ergo nō opꝫ ꝙ in quolꝫ oꝛdine impꝛimat̄ caracter. Dico ꝙ nō obſtat: qꝛ ſcd̄m ꝙ cōiter dr̄. Jllud poſſumus qđ de iure poſſimus. Nullus aūt de iure poteſt facere ea que ſunt oꝛdinis niſi ſit oꝛdinatus. Notandū ꝙ caracteres oīm oꝛdinū pꝛeſupponūt caracterē baptiſmalem/cū baptiſmus ſit ianua et fundamentū oīm ſacramētoꝝ. vñ ſcd̄m apl̄m Ubi fundamentū nō eſt ſuperedificari nō pōt. Jdeo nullus niſi ſit baptizatus poteſt eſſe capax huius ſacramēti: ex. de pbr̄o. nō bap. c. Veniēs. Sed nunq̄d caracter vniꝰ oꝛdinis pꝛeſupponit caracterē alterius oꝛdinis. l. vtꝝ ille qui nō eſt ſubdyaconꝰ poſſit oꝛdinari in dyaconū/vel nō dyaconus in pbr̄m. Dico ꝙ de neceſſitate caracter vnius oꝛdinis non pꝛeſupponit caracterem alterius oꝛdinis. vñ nō ſubdyaconus poteſt oꝛdinari in dyaconū: ⁊ nō dyaconus pōt oꝛdinari in pꝛeſbyteꝝ/licet nō debeat/ immo de rigoꝛe iuris debet deponi ſi ex malicia vel ignoꝛantia aliquē oꝛdinē pꝛetermiſerit: ſed ex licentia epi impoſita ei pe nitētia ꝓ eo ꝙ ſic negligēter vel ignoꝛāter egerit mediū oꝛdinē p̄termittēdo poterit ꝓmoueri interi a ſupioꝛis oꝛdinis executione ſuſpēſus. Nꝛ ſcd̄m gregoꝛiū gradati eſt ad oꝛdines accedendū:nā caſū appetit q̇ ad ſūmi loci faſtigia poſtpoſitꝭ gradibꝰ querit aſcenſū.xlviii.di. Sicut olim ex.de clerico ꝑ ſaltū ꝓmoto.ca.Unico. Sed nunqd caracter oꝛdinis pꝛeſupponit pꝛimā tonſurā vel caracterē cōfirmationis.lꝫ hugo dicat ꝙ nullus niſi habeat pꝛimā tonſurā pōt oꝛdinari in ſacerdotē.ar.xl.di. Sicut. Tn̄ doctores theologi cōiter dicūt ⁊ tenēt ꝙ caracter oꝛdinis nō p̄ſupponit de neceſſitate pꝛimā tonſurā:nec etiā ꝯfirmationē:imo nō tonſuratꝰ vel nō ꝯfirmatus pōt oꝛdinari:licet nō debeat. Dictū eſt enī ſupꝛa ꝙ p̄ma tonſura eſt diſpoſitio ad oꝛdines/ꝯgruētie tn̄ nō neceſſitatꝭ. Notandū tn̄ ſcd̄m illos q̇ ponant ꝙ ep̄atus eſt oꝛdo ꝙ caracter oꝛdinis ep̄alis p̄ſupponit caracterē ſacerdotalē:qꝛ nō ſacerdos nullo mō pōt eſſe ep̄s. Et iſtud videt̄ ſentire illud cp̄m.extra de exceſſu pꝛelatoꝛum.ca.Ex lr̄ s. Oꝛdo enim ſacerdotalis eſt quaſi ſubſtantiale fundamentum oꝛdinis epiſcopatus.

¶ Ca.iiii. In q̈ actu in q̈libet oꝛdine imp̄mat̄ caracter.

VIſo ꝙ in quolibet oꝛdine impꝛimit̄ caracter. Videndum eſt in quo actu impꝛimit̄ in quolibet oꝛdine/et eſt ſciendū ꝙ cū in ſacramēto oꝛdinis caracter ſit res ⁊ ſacramentū opoꝛtet ꝙ ad impꝛeſſionē caracteris ꝯcurrāt duo q̄ req̇runt̄ in om̄i ſacrō.ſ.aliqd̄ viſibile vel ſenſibile ſignum qd̄ eſt materia huiꝰ ſacri:⁊ aliqua verba determinata que ſunt verba ſacramēti. In actu ergo ī quo impꝛimitur caracter in ſacramēto oꝛdinis/ opꝫ ꝙ ſint iſta duo. ſcꝫ traditio alicuius inſtrumenti deputati ad executionē illius oꝛdinis ⁊ pꝛolatio aliquoꝝ verboꝛū. In oꝛdine ergo ſacerdotii impꝛimit̄ caracter ſcd̄m ſctm̄ tho.in traditione calicis cū pane ⁊ vino ⁊ ꝓlatione v̄boꝝ q̄ tūc dt ep̄s.ſ.

accipe poteſtatē cōſecrādi. ⁊c̄. Alii dicūt ꝙ in vnctione manuū ſibi impꝛimit᷑ caracter/pꝛimū tñ reputo verius. In dyacono impꝛimit᷑ caracter in traditione libꝛi euangeliorum cū verbis ad hoc deputatis. Sub dyacono impꝛimitur caracter in traditione calicis/tñ ſine pane ⁊ vino: ꝑ qḋ differt a ſacerdote: cui tradit᷑ cū pane ⁊ vino. accolito vt quidam dicunt in traditione candelabꝛi. Tho. tñ dicit ꝙ in traditione vꝛceoli: et iſtud reputo verius: qꝛ vꝛceolus directius reſpicit euchariſtiā ꝙ̄ candelabꝛū. Exoꝛciſte impꝛimitur in traditione libꝛi exoꝛciſmoꝝ. Lectoꝛi in traditione libꝛi lectionū ꝓphetaꝝ. Hoſtiario in traditione clauium eccleſie: ita tñ ꝙ in quolibet oꝛdine dicātur ſimul cū traditione inſtrumēti verba ad hoc deputata: qꝛ ſine verbis illis nihil fieret. Credo etiā ꝙ non ſufficit ꝙ ep̄s poꝛrigat hmōi inſtrumenta/immo opoꝛtet ꝙ oꝛdinandus tangat ea coꝛpoꝛaliter: cū iſtud videantur ſonare verba que pꝛofert ep̄us dū poꝛrigit hmōi inſtrumenta. Unde dicit accipe. Ideo aduertat circa hoc quilibet oꝛdinandus.

¶ Ca. v. Que requirūtur in ſuſcipiente oꝛdines.

QUoniā ſcd̄m philoſophū actus actiuoꝝ ſunt in patiente et diſpoſito. Ideo vt oꝛdines digne ſuſcipiantur ſciendū ꝙ ad hoc vt oꝛdines rite et legitime et digne recipiantur/in generali quattuoꝛ requirūtur. Pꝛimū ſexus debit⁹. ſ. ꝙ ſit maſculus. Uñ mulier nō poſſet oꝛdinari/nec poſſet recipere caracterē alicui⁹ oꝛdinis clericalis. Uñ dicit Ambꝛoſius ſuper ep̄lam ad thimotheū: vt hr̄ di. xxiiii. Mulier. xxiii. q. i. Mulierē. extra de ſenten. excō. Demonialibus. Rō autē quare mulier nō pōt recipere caracterem alicuius oꝛdinis eſt: qꝛ xp̄s fuit inſtitutoꝛ hui⁹ ſacramenti ꝗ non pꝛomouit aliquā mulierē ad aliquē ſacꝝ oꝛdinem: licet eni bt̄iſſima virgo maria dignioꝛ ⁊ excellentioꝛ fuerit vniuerſis ap̄lis/ nō tñ illi ſed illis claues regni celorum ꝯmiſit.ex.de pe.et re.c.Noua quedā.Et ſi forte in aliquo capitulo mulier inueniatur vocari dyaconiſſa vel preſbytera intelligēdū eſt ꝙ illa vocat᷑ dyaconiſſa ſupra quā fundabat᷑ aliqua bñdictio:ratione cuius conſequebatur aliquod bñficiū vel officiū ſpirituale:ſicut forte legendi omelias in matutinis / vel aliquid aliud quod nō licet aliis monialibus.Preſbytera aūt vocat᷑ q̄r ſcōm morem p̄mitie eccl'ie erat vxor preſbyteri/vel forte aliqua vidua de rebus eccleſie curam habens ad inſtar matriſfamilias vocabat᷑ preſbytera.Et ita exponenda ſunt oīa capitula que loquuntur de iſta materia.¶ Scd̄z qd̄ requiritur eſt etas legitima/circa qd̄ eſt ſciendū ꝙ licet doctores canonū multas faciūt reſtrictiones circa iſtā materiā: tñ videm⁹ noſtris temporibus ad ſacros ordines promoueri pueros et imberbes:immo videm⁹ aliq̄s ad dignitates ⁊ ꝑſonatus ac etiam ad ep̄atū et cardinalatū infra tp̄s taxatū ad ſubdyaconat⁹ ſuſceptionē ꝓmotos:qd̄ q̄r fit ex diſpenſatione ſedis ap̄lice que ſctō ſpū regit᷑ nō debet ab aliquo reprobari.Iſtud tñ regulariter eſt tenendū ꝙ niſi in fauorē religionis fiat:nullus debet promoueri ad ſubdyaconatū niſi attigerit viceſimū annum/nec ad ordinē ſacerdotii niſi attigerit viceſimquintū annū.Credo tñ ꝙ dñi ep̄i poſſunt in his diſpenſare et diſpenſant quotidie prout exigit eccleſie neceſſitas que non habet legē.extra de reg.iu.Qd̄ non eſt licitū/q̄ in oībus iſtis debet attēdi. ¶ Terciū qd̄ requirit᷑ in ſuſcipiente ordines:eſt morum honeſtas.Cū eni porte dignitatū vel ordinū infamibus vel ſuſpectis patere non debeant.lxxx.di.extra de iureiu.c.Relatū ſuꝑ oīa requirit᷑ in promouendo ad ordines ſeu eccleſiaſticas dignitates ꝙ ſit bone fame et honeſte in moribus ⁊ vita.Cui⁹ aūt cōditionis ſit ⁊ quos mores debeat habere ꝓmouendus ad ſacros ordines oñdit ap̄l's in ep̄l'a ad thimo.⁊ in ep̄l'a ad titū.v.dicēs.Opoꝛtet epm̄ eſſe ſine crimine:vnius vxoꝛis virū/ſobꝛiū/pꝛudentē/pudicū/oꝛnatū/hoſpitalem/doctorem/nō violentū/nō neophitū/nō litigioſum:ſed modeſtū nō cupidū/domui ſue bene pꝛeſidentē.Et lꝫ iſta auctoꝛitas videat̃ intelligi de epō:tñ ſcd̄m aug.et ambꝛo.extendēda eſt ad alios oꝛdines.lxxxiiii.di.Cognoſcamus.¶Notandū aūt ꝙ de ſingulis conditionibus in auctoꝛitate pꝛedicta multa eſſent dicēda:tñ qꝛ requirerēt magnū tractatum quaſi ſupficialiter tranſeūdo pauca dicā.Dicit̃ autē ſine crimine:qḋ nō eſt intelligendū de oī crimine cū nemo ſine crimine viuat.Et vt ait hiero.i.ad thimo.iii.ca.Res pene ꝯtra naturā eſt:vt aliq̄s ſine pctō ſit:⁊ ideo intelligēdū eſt ſine pctō enoꝛmi/mediocri/notoꝛio/⁊ vulgato:ſed exñs in pctō moꝛtali quocunqꝫ ſiue occulto ſiue manifeſto peccat moꝛtaliter recipiēdo ſacros oꝛdines ſicut recipiēdo alia ſacrā.xl.di.Multi.xcv.di.Illḋ.xi.q.iii.Audi.ideo quilibet debet ꝯfiteri anteq̄ recipiat ſacros oꝛdines.Scḋo dī vni⁹ vxoꝛis virū.Et iſtud eſt intelligendū negatiue.i.nō pluriū.lxxxii.di.Pꝛopoſuiſti.qꝛ ſi intelligeret̃ affirmatiue:ſequeret̃ ꝙ v̾gines ⁊ q̄ nullā habuiſſent vxoꝛē non poſſent ꝓmoueri qḋ eſt abſurdū.Et loq̄tur apl's ſcd̄m moꝛē pͥmitiue eccl'ie in qua licitū erat oꝛdinatos vnā hr̄e vxoꝛē dūmō habuiſſent ipſam virginē:nō aūt nō eſt licitū/cū votum caſtitatiſ ſacris oꝛdinibus ſit annexū.De biganis aūt quare nō ꝓmoueant̃/⁊ qḋ ſit bigamia/⁊ quot modis contrahat̃ quo ad nūc taceo:qꝛ excedit methas huius tractatus.Alie aūt ꝯditiones.ſ.ſobꝛiū pꝛudentē.⁊c.ſatiſ ſunt note ideo de eis nihil dico.Notandū aūt ꝙ in diuerſis ca.decretoꝝ ⁊ decretaliū colligūtur alie ꝯditiones q̄ dn̄t eſſe in oꝛdinādo.ſ.ꝙ nō ſit ſolēniter penitēs/nō curialis/nō ſeruus ſeu ad rōcinia obligat⁹/nō coꝛpe viciatus/non illegitime aut de pbr̄o nat⁹/nō adult⁹/nō in egritudine baptizat⁹ non peregrin⁹/nō ignot⁹/nō minoꝛ etatꝭ. De q̄libet iſtoꝝ pꝛo ſeq̄ exigeret maioꝛē tractatū ꝙ̄ pn̄s opuſculum expoſtulet. ¶ Quartū qḋ requirit in ſuſcipiēte oꝛdines eſt ꝑitia lr̄aꝝ. vn̄ pꝛomouēdus ad ſacros oꝛdines vel ad regimen aiaꝝ dꝫ habere noticiā ſacre ſcripture ad aīas infoꝛmandas. Et ꝓpter hoc ſtatutū eſt vt in eccleſiis metropolitanis teneant doctoꝛes theologie: ⁊ ꝙ clerici exeūtes ꝓuinciā ad audiēdū theologiā ꝑcipiāt integre ſtipēdia ſua: ⁊ ſi nō ſufficiant eis eccl̄ia debet eis ꝓuidere ⁊ miniſtrare neceſſaria. ex. de mgr̄is. Qꝛ nōnulli. Debet etiā habere peritiā ſciarū ſeculariū: ⁊ hoc ad eruditionē vt poſſit diſcernere veꝝ a falſo: ⁊ ꝑ eas habere aditū ad theologiā: vñ ſtatutū eſt vt teneant mgr̄i liberaliū artiū in ſingulis eccleſiis cathedꝛalibus: ⁊ i aliis ꝙ̄tū ſufficere pn̄t facultates q̄ earūdē eccleſiaꝝ clericos ⁊ alios ſeculares pauperes gratis inſtituant ꝓpter qḋ competens beneficiū magiſtro in eccl̄ia aſſignabitur. ex. c. pꝛeallegato. Et intelligo de ſciētiis ſermocinalibus ſcꝫ grammatica/logica/et rhetoꝛica: et maxime de grāmatica: qꝛ quadꝛiuiales ſciētie ſcꝫ ariſmetica/geometria/muſica/et aſtronomia: paꝝ aut nihil faciūt ad ſcientias pietatis. vt ait Hieroni. xxxvii. di. Si quis grāmaticam. De hoc ſcꝫ quā ſciētiā debent habere ſacerdotes. Req̄re ſupꝛa in ꝓhemio hui⁹ tractatus. Et licet multa alia circa materiā huius ſacramenti oꝛdinis poſſent dici: tn̄ iſta ſufficient ꝙ̄tum ad hoc quod pꝛeſens libellus expoſtulat.

¶ Tractat⁹. vi. ꝓme ꝑtis pꝛincipalis eſt de ſacr̄o extreme vnctionis.

¶ Ca. i. Que eſt eius materia.

Nunc de ſacramento extreme vnctionis dicendū eſt. Circa quod cōſideranda ſunt ſeptē. Pꝛimo que eſt eius materia. Scḋo que eſt ei⁹ foꝛma. Tercio q̄s ſit eius miniſter. Quarto q̄s ſit ei⁹ effect⁹. Quinto quibus dꝫ dari. Sexto in quib⁹ ꝑtibus coꝛꝑis dꝫ fieri. Septimo vtrū debeat iterari. Materia huius ſacramēti eſt oleū oliuaꝝ ab ep̄o benedictū. Et ratio huius eſt inſtitutio xp̄i: qui inſtituit ip̄m fieri in oleo / q̄n miſit ap̄los vngere infirmos oleo et ſanare eos. Et huic ꝯcoꝛdat pꝛomulgatio ſancti Iacobi dicētis. Infirmat̄ quis ex vobis iducat pꝛeſbyteros eccleſie ⁊ oꝛent ſup̄ eū vngentes eum oleo ſancto. Sciendum autē ꝙ q̄n in ſcripturis ſctīs inuenit̄ ſimpliciter oleum: debet itelligi de oleo oliuaꝝ: qꝛ illud ſimpliciter eſt oleum / alia aūt non / ſed fuerūt inuenta ꝓpter defectū illius: ſicut oleū nucū / oleū lini: ⁊ ſimilia / vel ꝓpter aliquam medicinā: ſicut oleū amigdalaꝝ: et ſimilia. Ratio autem congruentie quare tale oleū eſt materia huius ſacramēti eſt: qꝛ pꝛopꝛietas huius olei maxime ꝯuenit effectu huius ſacramenti. Eſt enim oleum mitigatiuū doloꝝ. ideo ponitur in vulneribus. Vn̄ ille ſamaritanus infudit oleum in vulneribus ſauciati. vt ꝑꝫ in luca. Sed effectus huius ſacramenti eſt mitigare doloꝛē ſpiritualem et coꝛpoꝛalem / vt dicet̄. Notandū inſuper ꝙ ad hoc ꝙ oleuꝫ ſit pꝛopꝛia materia huius ſacramenti: opoꝛtet pꝛimo ꝙ ſit ab ep̄o benedictum. Et iſtud innuit beatus iacobus q̄n dicit vnguentes eū oleo ſctō. i. ſanctificato. Ratio autē quare opoꝛtet ꝙ ſanctificatum poſita eſt in tractatu de confir. ca. ii.

¶ Ca. ii. De foꝛma extreme vnctionis.

FOꝛma huius ſacramēti ſunt v̄ba que dicit ſacerdos q̄n vngit infirmuꝫ ſcꝫ Per iſtam vnctionē et ſuam piiſſimā miam indulgeat tibi deus quicquid deliquiſti per viſum / auditū. ⁊c̄. ita ꝙ in iſta foꝛma tangitur v̄tus iſtiꝰ ſacramēti de qua dicet̄ infra q̄n agetur de eius effectu. Et eſt ſciendū ꝙ differentia eſt inter foꝛmas alioꝝ ſacramentoꝝ et iſtius: qꝛ foꝛme alioꝝ ſacramentoꝝ ſcd̄m ambꝛoſium ſunt indicatiue: vt pꝫ diſcurrendo per ſingula / ſed foꝛma iſtius ſacramenti eſt optatiua: vt patet aſpicienti.

Notãdum ꝙ in miſſali ambroſiano inuenitur iſta forma ſic. Vngo oculos tuos vel aures tuas. ⁊c̃. Et per iſtam vnctionẽ. ⁊c̃. De hac autẽ non eſt curandum: ſed forma qua vtitur romana eccleſia eſt obſeruanda. Sed querit᷑ quare in forma iſtius ſacramenti Romana eccl'ia magis vtit᷑ verbo optatiuo ꝙ̃ in alliis formis? Dicendum ꝙ iſtud eſt qꝛ vt dicetur infra iſtud ſacramẽtum non debet dari niſi propinquis morti qui iam ſũt in receſſu: ideo ſicut moris eſt ꝙ illis qui ſunt in receſſu optatur ſalus: ita eccleſia in iſta forma optat ſalutem recedentibus ab hac vita.

¶ Ca.iii De miniſtro extreme vnctionis.

MIniſter hui⁹ ſacr̃i eſt preſbyter et nõ alius. vñ nullus niſi ſit preſbyter põt miniſtrare illud ſacr̃m: qḋ patet ex predicta auctoritate bti iacobi. Infirmatur q̇s ex vo. ⁊c̃. Cuius rõ eſt: qꝛ ille q̇ habet diſpenſare ſacra corporis xp̃i myſtici oꝫ ꝙ habeat ptãtem ſupra corpus xp̃i verũ: ſed iſte eſt ſolus pbr̃ / quare ſolus pbr̃ habet miniſtrare iſtud ſacr̃m. Nec eſt inſtantia de baptiſmo: qꝛ baptiſmus eſt ſacr̃m maxime neceſſitatis: iõ opꝫ ꝙ habeat miniſtrũ maxime cõem vide de hoc ſupra de bap. c. iiii. Vtrũ aũt oporteat ꝙ ſint plures preſbyteri vel ſufficiat vnus. Videtur ex auctoritate allegatata ꝙ debeant eſſe plures: qꝛ dicit pbr̃os in plr̃i. Tho. autẽ in. iiii. videtur dicere ꝙ ſi non poſſint haberi plures ſufficit vnus cũ miniſtris: ita tñ ꝙ ſemper preſbyter debet inungere et dicere verba. Et ſi añq̃ ꝑfecerit moriatur vel impediatur / alius debet perficere quod remanet: ſcꝫ reſiduum ſacramenti huiuſcemodi extreme vnctionis. Et hec ſufficiant pro preſenti.

¶ Ca.iiii. De effectu extreme vnctionis.

EFfectus iſtius ſacr̃i eſt iſte / ſicut enĩ eſt in infirmitate corporali: ita ſuo modo debet eſſe in infirmitate ſpũali. In infirmitate aũt corporali ſic eſt ꝙ poſito ꝙ aliquis ſit curatus ab infirmitate/adhuc quedam debilitas coꝛpoꝛis pꝛoueniens ex pꝛiſtina infirmitate remanet: idō indiget dublici medicina. Una que ſit egritudinis ſanatiua vel expulſiua. Alia que ſit debilitatis que remanet reparatiua/et ſic eſt ſpūaliter. Infirmitas enī ſpūalis eſt pctm̄. Un̄ pſ̄. in perſona pctōꝛis. Miſerere mei dn̄e qm̄ infirmus ſum. Medicina aūt ſanatiua iſtius infirmitatis eſt pn̄ia. Sed poſtꝙ homo ſanatur ab iſta infirmitate adhuc remanet in eo quedā debilitas ſpiritualis/et ꝯtra iſtā infirmitatē oꝛdinatur iſtud ſacꝛm̄: Unde effectus iſtius ſacꝛi eſt ſanatio iſtius debilitatis ſpūalis: eſt etiā alius effectus/qꝛ per ipm̄ pctā venialia et etiā moꝛtalia oblita retuntur: ⁊ gratia habita augetꝛ vel noua confertur: intellige ſi digne ſuſcipiatur. Et eſt alius effectus: qꝛ ſi ſit expediens anime ſuſcipientis ſanitas coꝛpoꝛalis ſibi reſtituitꝛ virtute iſtius ſacramēti. Pꝛobantur omnia pꝛedicta per auctoꝛitatē iam dictā. Jacobi. v. c. Infirmatur ꝗs ex vobis indicat pꝛeſbyteros eccleſie vt oꝛēt ſuper eū vnguentes eum oleo ſancto: et alleuiabit eum dominus a languoribus ſuis: ſi in peccatis ſit dimittentur ei. ⁊c̄.

¶ Ca. v. Quibus debet dari ſacꝛm̄ extreme vnctionis.

Ex pꝛedicta auctoꝛitate colligitꝛ ꝙ iſtud ſacꝛm̄ non debet dari niſi infirmis/vt ꝫ Jacobi. v. Infirmatꝛ ꝗs. Nō autē quibuſcunqꝫ infirmis: ſed ſolum illis qui ſunt in periculo: et ſunt ꝓpinqui moꝛti ꝗ cū deuotione ante petierant iſtud ſacꝛm̄/poſito etiā ꝙ ſint frenetici. Cū enī iſtud ſacꝛm̄ ſit ſacꝛm̄ exeuntiū: nō debet dari niſi exeūtibus vel illis qui parati ſunt ad exitum huius vite.

¶ Ca. vi. In quibus partibus coꝛpoꝛis debet fieri ſacramentum extreme vnctionis.

Quia purgata materia medicina debet applicari particule patienti. Ideo materia pcti purgata per peni tentiā iſtud ſacramentū quod eſt medicina contra debilitatē derelicta ex pctō: vt dictū eſt debet applicari membꝛis que ſunt oꝛgana ſenſuū per q̄ moꝛbus pcti in aīam intrat. Vn̄ in ſacr̄o iſto debent inungi oculi/aures/os/nares/ manus/pedes/⁊ renes: ita ꝙ ad oculos dicat᷑. Per iſtā ſanctā vnctionē ⁊ ꝑ ſuā piiſſimā miam indulgeat tibi deus quicq̄d deliq̄ſti ꝑ viſū. Ad aures/ꝑ auditū. ad os/per guſtū. ad nares/ꝑ odoꝛatū. ad manus/ꝑ tactū. ad pedes/ꝑ greſſū. ad renes/ꝑ ardoꝛē libidinis. p̄mittendo ī ſingulis: ꝑ iſtā ſctām vnctionē. ⁊c̄. Sed q̄d fiet de ceco a natiuitate q̄ nō peccauit ꝑ viſū vl' de ſurdo a natiuiuiate q̄ nō peccauit ꝑ auditū vel de claudo q̄ nō peccauit ꝑ greſſum/nunq̄d debet inungi in iſtis membꝛis? Dico ꝙ ſic: qꝛ licet cecus nō peccauerit vidēdo/tn̄ foꝛte peccauit inoꝛdinate viſū appetendo. Et idē dico de ſurdo et claudo. Eſtimo etiā ꝙ q̄ꝙ aliq̄s nō haberet oculos et alia membꝛa in quibus fit vnctio: deberet inungi in locis circūuicicinis propter rationem iam dictam

¶ Ca. vii. Vtrū extrema vnctio debeat iterari.

Cum in iſto ſacr̄o nō impꝛimat᷑ caracter: manifeſtum eſt ꝙ iſtud ſacr̄m pōt iterari/cū homo poſſit mltociēs ad moꝛtē infirmari. Vtrū aūt in eadem infirmitate poſſit multociēs inūgi? Dico ꝙ infirmitatū quedā ſunt bꝛeuis terminationis/ſicut ſynochia vel cauſon. ⁊c̄. tn̄ ſi recidiuaret aliq̄s (cū recidiuū ſit alia infirmitas a pꝛima) in recidiuo poſſet iterato inungi. Alie ſunt infirmitates diuturne ſicut tuſſis/febꝛis/ethica: q̄ durāt ꝑ annū ⁊ plus. Et ſic cū ſin talibus poſſit multociēs venire ad punctū moꝛtis: in talibus poſſit iſtud ſacr̄m multociēs iterari. Et iſta eſt ſnia ſancti thome in. iiii. Dicit tn̄ ꝙ ſi inueniatur ſnia alicuius doctoꝛis in contrariū ꝙ non cōdemnat eā. Illud aūt quod dicūt quidā ꝙ ille q̄ fuit inunctus/ſi curetur ꝙ nō debet ſe poſtea balneare eſt quedā fatuitas/qꝛ ſequeretur ꝙ epus cuius caput fuit inunctũ criſmate/ nõ debet lauare caput cũ eius vnctio ſit dignioꝛ iſta. ¶ Cũ qñ aliquis infirmus inungitur debet eſſe miniſter/ qui cum ſtuppa abſtergat locum vnctionis: et poſtea illa ſtuppa debet comburi.

¶ Tractatus ſeptimus pꝛime partis pꝛincipalis eſt de ſacramento matrimonii.

¶ Ca. i. Quid ſint ſponſalia.

Expedito cuꝫ dei adiutoꝛio tractatu de ſacramentis que gñant/ vetegãt/ nutriunt/ ꝓmouẽt/ ⁊ reparant hominẽ in vita ſpirituali: reſtat tractandum de ſacramento quod ꝓducit et generat eundẽ in eſſe ⁊ vita coꝛpoꝛali ſcꝫ de ſacramento matrimonii. Quia vere libellus iſte eſt compoſitus ꝓpter ſimplices q̃ nõ ſunt in iure tam canonico q̃ ciuili multũ pꝛouecti/ allegationes vero quoꝛumcũqꝫ iuriũ/ tam de iure canonico q̃ ciuili que in iſta materia pluſq̃ in pꝛecedentibus tractatibus adducunt᷑: ne ſimplicibus et minus pꝛouectis confuſionẽ inducãt ab hmõi allegationibus q̃tum potero abſtinebo: cuꝫ ſimplices hmõi allegationes nec legere nec intelligere ſcirent. Qm̃ autẽ ſcd̃m phm̃ diſpoſitio pꝛecedit foꝛmam: ſic ſponſalia pꝛecedunt mr̃imoniũ. Ideo pꝛimo de ſponſalibus eſt agendũ.

¶ Circa ſponſalia ergo ꝯſideranda ſunt quinqꝫ. Pꝛimo q̇d ſint ſponſalia ⁊ vñ dicant᷑. Scd̃o qualiter ꝯtrahantur. Tercio in qua etate ꝯtrahi pñt. Quarto q̇s ſit effect᷒ ſpõſaliũ. Quinto quibus caſibus diſſoluunt᷑ ſponſalia. Sponſalia ſunt futuraꝝ nuptiaꝝ pꝛomiſſio. ex qua diffinitione que eſt cõis canoniſtis et legiſtis: patet ꝙ ſponſalia debent pꝛecedere matrimonium: ſicut pꝛeſens futurum. dicũtur autẽ de ſpondeo/ es: quod eſt idem ꝙ pꝛomitto/ tis.

¶ Ca. ii. Qualiter contrahantur ſponſalia.

Contrahuntur autẽ ſponſalia quattuoꝛ modis. Uno mõ nuda ꝓmiſſione ſicut qñ dꝛ. Accipiã te in vxoꝛem et accipiā te in viꝝ. Scḋo modo datis arris ſponſaliū:puta pecunia vel aliquibus aliis rebus. Tercio modo anuli ſubarratione. Et iſtud dr̄ vulgariter deſponſatio:ſed pꝛopꝛie ſubarratio nūcupat̄. Quarto mō interueniēte iuramento:ita tn̄ ꝙ ſemꝑ ſint verba de futuro : vt dictū eſt:qꝛ ſi eſſent verba de pn̄ti:iā nō eſſent ſponſalia:ſed mr̄imoniū

¶Ca.iii. In qua etate contrahant̄ ſponſalia.

Quoniā poſt ſeptenniū.i.poſt etatē ſeptē annoꝝ tam pueri ꝙ̄ puelle incipiant habere diſcretionē que req̄runtur in ſponſalibus ꝯtrahendis:iō poſt ſeptēniū pn̄t cōtrahi ſponſalia. Si vero ante ſeptēniū ip̄i vel parēts eoꝝ vice et noīe ipſoꝝ ſponſalia ꝯtrahāt nihil agūt niſi dū venerint ad ſeptenniū incipiūt eis placere:qꝛ ſi dum veniūt ad ſeptennium incipiant eis placere ex tunc valent ita ꝙ licet ſponſus nō cognoſcat eā carnaliter:ꝯſanguineā tn̄ eiꝰ nō poterit hr̄e in vxoꝛē:nec ecōtra. Et nota ꝙ etas contrahendi mr̄imoniū apta in puella eſt.xii.annoꝝ. In puero vero.xiiii. Et ſi ante ꝯtrahant nō eſt mr̄imoniū:ſed tantū ſponſalia niſi fuerit etate nubili vel ita ꝓpinqui ꝙ poſſint carnaliter ꝯmiſceri: cū tūc etatē videat̄ malitia ſupplere.

¶Ca.iiii. Quis ſit effectus ſponſalium.

Verus deus ac pius ſamaritanus dulcis Jeſus qui vinuꝫ et oleū infudit in vulneribus ſauciati ab hieruſalem in hierico deſcendentis: q̄ incidit in latrones ſtatim ruināqꝫ pc̄i eius medelam ac remediū inſigni ac mirabili parabola declarauit. Hieruſalē que viſio pacis interpꝛetať: innocentia baptiſmalis eſt: per quam Berſabee que puteus ſanitatis dꝛ. i. aīa cuiuſlibet chꝛiſtiani baptiſmalis aque puteo ſanciata vero et pacifico Salamoni. pio ſcʒ Jeſu qui eſt vera pax faciens vtraqꝫ vnum. iuxta verbum pꝛophete/ deſponſatura in fide congrue repꝛeſentatur. Hierico nam qꝫ luna interpꝛetatur que nunq̄ in eodē ſtatu permanet ſtatum peccati quod homo ſtultus: id eſt peccatoꝛ teſte ſapiente velut luna mutať euidentiſſime pꝛefigurat. A hieruſalem ergo in hierico homo deſcendus eſt peccatoꝛ q̄ ba ptiſmalē innocentiā deferēs ꝑ deuia vitioꝝ ꝓlabitᷣ deſcendit/ ⁊ ſic ab inferni latronibus ſpoliatᷣ bonis ſeu donis gratuitis ⁊ in naturalibꝰ ſauciatᷣ. Hūc aūt pietatis ⁊ mīe oculis reſpiciens dñs noſter ieſus xp̄us pꝛo eius ſanatione de ſummis celoꝝ ad ima mūdi deſcendit/ ⁊ in vtero intemerate v̄ginis carnē aſſumēs ⁊ ſauciati vulnera in ara crucis alligās funiculis charitatis vinū modificātis vel moꝛtificantis pn̄ie ⁊ oleū indulgētie clemēter infudit in ipſis In cuiꝰ rei teſtimoniū ſiue ſignū ſue ſalutifere pꝛedicationis exoꝛdiū iſto ſalubꝛi ac ſuauiſſimo themate inſigniuit Penitentiā agite appꝛopinquabit enim regnū celoꝝ/ Vbi indicit penitentiā: ⁊ pꝛo ea patriā repꝛomiſit demū opere/ qd̄ pater ſibi dederat cōſummato/ ſauciato ſcꝫ hoīe ſanato ne eū abſqꝫ cuſtode desereret ip̄m ſauciatū ꝯmendauit ſtabulario. i. ſacerdoti curato/ et dedit ei duos denarios. ſcꝫ duas claues eccleſie que ſunt diſcernēdi ſcia/ ⁊ ſoluendi atqꝫ ligādi poteſtas: quas adhibens dixit: curā illius habe. Ut ergo ſacerdotes qui non ſunt multū in iure canonico vel ſacra theologia pꝛouecti aliquā noticiā habeāt per quā poſſint inter lepꝛam ⁊ lepꝛam diſcernere: ⁊ ſic pn̄ie ſalutaris miniſtrare medelam in ſcd̄a parte huiꝰ operis aliqua ex diuerſoꝝ doctoꝝ ſentētiis ⁊ maioꝝ meoꝝ dictis diligenti ſtudio (vt melius ac breuius potui) compilaui: vt ſi aliqñ neophiti et minus ꝓuecti curati in foꝛo penitentie dubitauerint: iſtud opuſculum ſit eis qualecūqꝫ introductoꝛium et directoꝛium/ hoc autē non pꝛeſumens de viribus pꝛopꝛiis cum nulle ſint/ ſed confidēs de clementia ſaluatoꝛis qui bene omnia faciens ſurdos fecit audire: ⁊ mutos loqui. Vñ lectoꝛ affectuꝫ meū conſiderans me lingua toxicata non moꝛdeas: ſed ſi aliqua inuenias vtilia/ ea attribue ſoli deo/ minus autē vtilia vel pꝛoꝛſus inutilia mihi/ et ea feruens charitate coꝛrigas et emendes.

¶ Tractatus pꝛimus ſecunde partis eſt de penitentia in generali habens quattuoꝛ capitula.

DE penitentia ergo tractaturus pꝛimo dicam aliqua de penitentia in generali. poſtea dicā de qualibet eius parte in ſpeciali/et pꝛimo q̄d ſit penitentia et vñ dicatur/et q̄t ſunt ſpēs/ſcdo de penitentia ſolemni/tercio de publica penitentia/quarto de pꝛiuata penitentia.

¶ Capitulum pꝛimū quid eſt penitentia et vnde dicatur/et quot ſunt ſpecies eius.

PEnitentia ſcd̄m ambꝛoſiū ſic diffinitur. Eſt pꝛeterita peccata plangere ⁊ plangenda nō iterū cōmittere. Scd̄m aūt aug. diffinitur ſic. Penitentia eſt quedā doloris vindicta: puniēs in ſe quod ſe dolet commiſiſſe. Et dr̄ penitentia a pena/ne: et teneo/es: quaſi pene tentio: inq̄tum ſcʒ penitēs per penā quā ſuſtinet punit ſe pꝛopter illicita que cōmiſit. pꝛobant̄ iſta de pe. diſt. iii. circa pꝛin. Auguſti. li. vi. reſpon. Vel aliter diffinitur ſic. Pn̄ia eſt quedam res optima et ꝑfecta oīs defectus reuocans ad perfectū. Verū licet a doctoꝛibus varie et multe ponātur diſtinctiones de pn̄ia: quō ſcʒ eſt virtus et quō ſacramentū moueant̄ etiā circa hāc materiā queſtiones multe oībus illis omiſſis que magis confuſionē q̄ edificationē ꝯtinēt animaꝝ: de diuiſione penitentie eſt agendum. Sciendū ergo q̄ pn̄ia vno modo diuiditur ſicut genus in ſpēs/alio modo ſicut totum in partes. Pꝛima diuiſio eſt: penitentiarum alia ſolemnis/alia publica/alia pꝛiuata.

¶ Ca. ii. De penitentia ſolemni.

CIrca pn̄iam ſolemnē quattuoꝛ ſunt notāda. Pꝛima qualis vel q̄ ſit ei⁹ foꝛma. Vñ ſciendū q̄ iſta pn̄ia nō dr̄ ſolemnis/qꝛ fit in publico: ſed qꝛ imponitur cū tali ſolemnitate. ¶ Vñ ſciendū q̄ feria quarta in capite ieiunii id eſt in die cinerū illi q̄ debent agere penitentiā iſtam pꝛe ſentant ſe in eccleſia coꝛã ep̄o et ſacerdotibus. Et ep̄s pꝛͦmiſſa aliqua monitione oſ̄dit eis grauitatẽ et enoꝛmitatem pctõꝝ ſuoꝝ. Et indutos cilicio eiecit illos de eccleſia cantãdo illud Rꝫm. Geñ. iii. In ſudoꝛe vult⁹ tui ⁊c̄. Et ſic ſunt extra eccl'iam vſq; ad diẽ cene: qua die recipiũt et admittũt ad ingreſſum eccl'ie / nõ tñ ad cõiõnẽ quouſq; ſunt ꝑ ep̄m recõſiliati: et de hoc habetur plane ⁊ ꝑfecte l. di. in capite. Scdo notãda eſt ratio huius ſolemnitatis que eſt triplex: vna ad exemplar ⁊ terroꝛẽ alioꝝ / alia ad erubeſcentiã delinquentiũ / alia eſt ad ſignificationẽ eiectionis ade de paradiſo. Vñ cũ grandibus ſuſpiriis et gemitibus debet eis ep̄s denunciare ꝙ ſicut adam ꝓpter peccatum ſuũ fuit eiectus de paradiſo: ita ipſi ꝓpter pctm̄ ſuũ eiiciſitur ab eccleſia. et ideo ſicut hẽ. xxvi. q. v. c. vl. talis penitentia nõ eſt iteranda / ⁊ ſic intelligit̃ verbũ b̃ti ambꝛo. de pe. di. i. Qui dicit ꝙ ſicut vnicũ eſt baptiſma: ita eſt vnica pnĩa: qꝛ loquitur de pnĩa ſolemni que nõ debet iterari niſi de conſuetudine alicuius eccleſie aliquid aliud obtineret: tũc eñi poſſet ſine periculo iterari. de pe. di. iii. ex ꝑſona Tercio notã. ꝓ quib⁹ criminib⁹ ⁊ q̃bus ꝑſonis dꝫ imponi iſta pnĩa. vñ ſciendũ ꝙ nõ debet imponi niſi ꝓ graui ⁊ enoꝛmi / ac vulgariſſimo crimine quod totã commouerit vꝛbẽ vel cĩuitatem / nec debet imponi clerico niſi depoſito: et qui ſemel eã egeret: nõ põt ꝓmoueri ad ſacros oꝛdines nec miniſtrare in oꝛdine ſuſcepto. l. di. c. ex penitentibus. xxxvi. illitteratos. Rõ aũt huius pꝛohibitionis eſt quadꝛuplex. Pꝛima eſt oꝛdinis excellentia: qꝛ non ſunt digni ſuſcipere vaſa ſacroꝝ. i. oꝛdines qui dudum fuerunt vaſa vicioꝛuꝫ licet enim peccatum deletum ſit per penitentiam remanet tñ aliqua cicatrix. i. aliqua irregularitas que ipſuꝫ impedit a ſuſceptione ſacri oꝛdinis. Scda cauſa eſt timoꝛ labendi ex pꝛiſtina cõſuetudine cõſurgens: ferens enim memoꝛādi criminis labem:nō habet ſacerdotii lucidā dignitatem.lxi.di.in ſacerdotibus.¶Tercia cauſa eſt ꝓpter ſcādalum populi.Cuꝫ enim talis pnīa non imponatur niſi pꝛo crimine enoꝛmi et vulgariſſimo:quod totā cōmouerit vrbem non poſſet talis ſine magno ſcandalo miniſtrare.li.di De his vero. Quarta cauſa/q2 non habet frontem redarguendi alios cum ipſe ſit conſcius ſibi ſe commiſiſſe illa eadem vel maioꝛa que coꝛriperet.xxvi.di.pꝛimū.et li.di.iudei.Diſpenſatur aūt cū ſolemniter penitente in minoꝛibꝰ oꝛdinibus pꝛopter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſie vt dicitur.li.di.plcauit.Et ſi queras quis poteſt facere diſpenſationē: Dico ꝙ ep̄s/ex quo nō eſt ſibi ſpecialiter pꝛohibitum.ex.de ſen.excō.Nuper.Et ſi dicas cōtra ꝑ illud quod dr̄.li.di.c.ex.pe.vbi dr̄ ꝙ ep̄s oꝛdinās ſcienter ſolemniter penitentē debet pꝛiuari poteſtate oꝛdinandi. Dico ꝙ nō obſtat/q2 iſtud intelligitur cū oꝛdinat ſine cauſa legitima et abſqꝫ diſpenſatione ſiue cum inoꝛdinate diſpēſat.li.di. Si in aliqua. Solemniter enī penitens non poteſt contrahere matrimoniū: ſi tū ꝯtraxerit:tenebit:pꝛobantur iſta.liii.di.confirmādi.et.xxvi.q.vi.c.vl. Quarto notandū eſt a quo poteſt imponi penitentia ſolemnis.Et eſt ſciendum ꝙ ſolemnis penitentia non debet imponi niſi ab ep̄o: vel de mandato eius a ſacerdote.Solus etiā ep̄s vel in articulo neceſſitatis de mandato eius:ſacerdos poterit reconciliare ſolemniter penitentes/et ſi bene penituerint:poterunt reconſiliari infra octauas paſche et cōicare/ et habere ingreſſum eccleſie. Sin autē:manebunt vſqꝫ ad finem vite.Et de hoc habetur.xxvi.q.vi.ca.fi. Et quia iſta materia magis tangit reuerendos et ſanctos epiſcopos quorum ſeruꝰ et diſcipulus ego ſum/ꝙ ſimplices ſacerdotes/ideo mihil plus dico de iſta materia.

¶Ca.iii.De penitentia publica.

PUblica pn̄ia vocatꝛ ꝓpꝛie illa que in facie ecclesie nō tñ cum pꝛedicta solēnitate fit:sicut qñ iniungitur peregrinatio ꝑ mūdū cū baculo cubitali vel cū veste aliqua vel cū aliquo tali. Et hanc posset vt credo imponere quilibet confessoꝛ confitenti sibi/qꝛ nō inuenio pꝛohibitū nisi foꝛte consuetudo ecclesie in oppositū esset/vel nisi ep̄os reseruauerit sibi. ¶ Et nota ꝙ ista pn̄ia nō debet imponi clerico nisi deposito:nec etiā debet imponi laico nisi ꝓ crimine graui et manifesto:et qꝛ iudicare de criminibus grauibus et manifestis etiā ꝑtinet ad ep̄os/credo et consulo. ꝙ illi cui est talis pn̄ia imponenda esset ad ep̄m remittendus. Pꝛobantꝛ ista de pe.di.vi. Sacerdos. Et credo ꝙ talis penitentia posset iterari totiens quotiens iteraretur peccatū pꝛo quo est imponēda de pe.di.iii.c.reperiuntꝛ. et ca. Septies in die cadit iustus.et c. Adhuc instant perfidi.

¶ Ca.iiii. De pꝛiuta penitentiā.

PEnitentia pꝛiuata est illa que singulariter et ꝓuate fit cū quis quotidie pctā sua secrete ꝯfitetꝛ sacerdoti et de ista specialiter hic intenditur. Pꝛo quo sciendum ꝙ quelibet perfecta pn̄ia habet tres partes.s.coꝛdis contritionē/oꝛis confessionē/et operis satisfactionē:et hec est scd̄a diffinitio pn̄ie. vñ ioh criso. Perfecta pn̄ia cogit pctōꝛem oīa sufferre:in coꝛde enim est contritio/in oꝛe confessio/⁊ in opere satisfactio:et tota humilitas:et hec est fructifera pn̄ia de pe.di.c.i.perfecta. Qꝛ eni tribus modis offendimus deū.s.cogitatione delectatiōis:impꝛudētia locutionis et superbia operis:vt scd̄m regulam medicoꝝ ꝯtraria cōtrariis curantꝛ. Tribus modis oꝫ ꝙ satisfaciamꝰ.s.coꝛdis cōtritione/oꝛis confessione/⁊ operis satisfactione. vñ pn̄ia sic ꝑfecta est illud felix et beneficiū triduū: quod petebāt filii israel.i.xp̄iani deū per fidē videntes in egyptum.i.in tenebꝛis pctōꝛes existentes duꝫ dicebant. Deus hebꝛeoꝝ vocauit nos: vt eamus viā triū dieꝝ .ſ. cōtritionis/ꝯfeſſionis/⁊ ſatiſfactionis: in ſolitudine huius mūdi et ſacrificemus ſacrificiū .ſ. pnie dn̄o deo nr̄o ne forte accidat nobis peſtis .i. culpa in preſenti: ⁊ gladius .i. pena in futuro. Penitentia etiā ſic ꝑfecta eſt illa ſcala bn̄dicta cū iſtis tribus gradibus quā vidit iacob erectā a terra vſqꝫ ad celum et dn̄m innixū ſcale. Et hoc ꝓpter tria. Primo vt aſcendentem ꝑ eā fortiter ſuſtineat. Sc̄do vt neceſſitas forte fuerit aſcendenti per eam manum porrigat. Tercio vt aſcendēs ꝑ eā cū fatigatus fuerit in ip̄m reſpiciat et iactet totam fiduciā ſuā in eū. Non enī eſt ita crudelis vt ait aug. vt ip̄m cadere permittat. In primo gradu eſt dolor/in ſecundo pudor/in tercio labor. De his ergo tribus partibꝰ pnie per ordinē eſt dicendū/et primo de contritione.

1. ¶ Tractatus ſecundus ſecunde partis principalis de ꝯtritione. vii. habens capitula.

CIrca contritionē ſeptem ſunt per ordinē conſideranda. Primo quid eſt contritio. Sc̄do de ꝗ̄titate contritionis. Tercio de eius qualitate. Quarto de eius duratione. Quinto de quibus debet eſſe. Sexto que eſt cauſa inductiua eius. Septimo de eius effectu.

¶ Ca. i. Quid eſt contritio.

AD videndū quid eſt cōtritio. Notandū ꝙ contritio hic ſumitur ad ſimilitudinē ꝯtritionis q̄ fit in corporalibꝰ. vn̄ ſcic̄. ꝙ res dr̄ corporalit̄ ꝯteri qn̄ in minutas ꝑtes terit̄/ſicut ſpēs aromatice terūtur in mortariolo. Vn̄ drn̄tia eſt inter ꝯtritionē ⁊ fractionē. Nam fractio eſt qn̄ res frangit̄ in magnas ꝑtes. Cōtritio eſt qn̄ frāgit̄ ſeu teritur in minutas partes/dolor ergo de pc̄tis dr̄ cōtritio nō fractio ad deſignandū ꝙ nō ſolum penitēs dꝫ de pc̄tis in gn̄ali conteri immo de quolibet in ſpeciali. De hoc tn̄ magis dicetur in quinto ca. huius tractatus. Sed quare dici ſit magis contritio ꝙ̄ doloꝛ. Sciendū ſcd̄m qđ dicit beatus bern̄. ſup cantica ideo dr̄ contritio et non doloꝛ: qꝛ ſicut vnguentū ſanatiuuʒ conficitur ex multis herbis tritis in moꝛtariolo/ ſic vnguentū cōpunctionis ſeu ꝯtritionis conficitur ex verbis multoꝝ pctōꝝ natis in aīa pctōꝛis: qꝛ vt dr̄ ps̄. lxii. In terra deſerta inuia et ī aquoſa/ tritis in moꝛtariolo conſcientie/ ⁊ licet illud ſit vere ⁊ ſanctiſſime dictū non tamen bene reddit rationem illius quod queritur: qꝛ ſecundum hoc homo magis diceretur cōterens ꝙ̄ conteret et peccatum diceretur contritum. ¶ Ideo ſciendum ꝙ in contritione tria ſunt attendenda. Pꝛimum quid eſt illud quod conteritur. Scd̄m a quo cōteritur. Terciū ad quid conteritur ſeu ad quid contritio terminatur. Illud quod conteritur eſt coꝛ peccatoꝛis quod eſt quaſi vas fictile repletum veneno peccati: ⁊ ideo iohel pꝛopheta indicens auctoꝛitate dei contritionem dicit. Conuertimini ad me in toto coꝛde veſtro in ieiunio et fletu et planctu: et ſcindite coꝛda veſtra ſcʒ contritione. Illud a quo conteritur coꝛ peccatoꝛis eſt duplex mola: quarū vna eſt ſuperioꝛ. i. ſurſum eleuans/ et iſta eſt ſpes venie ex conſideratione diuine miſericoꝛdie pꝛoueniens. Alia autem mola eſt deoꝛſuꝫ depꝛimens: et iſta eſt timoꝛ pene veniens ex conſideratione diuine iuſticie. Et iſtas duas molas debet tenere ſemper verus penitens/ nec vnꝙ̄ debet eas deſerere nec debet eas dyabolo pignoꝛi tradere. In cuius figura dicitur in deuteronomii. iiii. Non accipias loco pignoꝛis ſuperioꝛē et inferioꝛem malam. id eſt non deſperes pꝛopter magnitudinem et enoꝛmitatem peccatoꝛum tuoꝛum ſed ſemper ſpera in mīa dei nec pꝛeſumas/ ſed time grauitatem toꝛmentoꝝ ex dei iuſticia. Illud aūt qđ cōtritio terminat̄ eſt vt coꝛ pctōꝛis durum vt lapis/ emoleſcat et liquefiat/ vt cera: ideo ſcriptum eſt. Coꝛ peccatoꝛis durū male habebit in nouiſſimo die. Ideo vere contritus pōt dicere. Factū eſt cor meū vt cera liqueſcens. Et de tali corde dicit̄ pſo. l. Cor cōtritū et humiliatū deus nō deſpicies. Viſa ergo de ꝓprietate huius nōis cōtritio / videndū eſt qd eſt ꝯtritio. Vñ ſciendū ꝙ ꝯtritio a magrīs ſic diffinitur. Cōtritio eſt dolor voluntarie ꝓ pctīs aſſūptus cū ꝓpoſito ꝯfitendi et ſatiſfaciendi. Ad euidentiā iſtius diffinitionis videndū eſt de ſingulis partibus poſitis in ipſa diffinitioione. dr̄ enī ꝯtritio eſt dolor: Cū enī ſcd̄m ꝙ dictū eſt ꝯtraria ꝯtrarijs curant̄: vt cū medicina debeat eſſe ꝯtraria infirmitati: et cōtritio ſit medela pctī / et in pctō fuerit delectatio / oꝫ ꝙ in cōtritione ſit dolor: ⁊ ita dr̄ in apoc. xviij. c. Quantū glorificauit ſe / et in delicijs fuit in pctī perpetratione: tm̄ date ei tormentū et luctū in cōtritione. ¶ Notandū tn̄ ꝙ in cōtritione nō ſolum eſt dolor / ſed etiā eſt ibi gaudiū: qñ cum pctōr recordat̄ ſe per pctm̄ offendiſſe deū creatorē ſuū q̄ eū creauit ad imaginē ſuā et patrē ſuū celeſtē q̄ eū paſcit corporaliter ⁊ ſpūaliter ⁊ redemptorē ſuū qui eū liberauit ꝑ ſuum ꝓpriū ſanguinē a pena et ꝑpetua dānatione. recolit etiā ſe per pctm̄ ſuū amiſiſſe glīam paradiſi / et incurriſſe penā inferni dolere debet: ſed qñ cogitat ſe ꝑ iſtū dolorē a peccato liberari et reconſiliari deo gaudet et non īmerito ſicut enī gaudet ille q̄ primo in naufragio exñs naufragiū euaſit: ſic vere ꝯtritus debet gaudere: dum ſe videt pctī naufragiū euaſiſſe. Sequit̄ voluntarie aſſumptus cū enī deo nō placeant coacta ſeruitia niſi dolor ꝯtritionis eſſet voluntarius non eſſet deo acceptus nec gratus. Si enī pctm̄ teſte btō aug. coacte agimus nec eſt voluntariū iam nō eſt pctm̄. Sic ꝯtritio debet eſſe adeo voluntarie aſſumpta / ꝙ ſi nō eſt voluntaria iā nō eſt ꝯtritio. Et rō iſtoꝝ eſt: qr oꝫ ꝙ oīs actus meritorius ⁊ demeritoriꝰ ſit a voluntate elicitus ſiue imperatꝰ: alias nō eſſet meritoriꝰ nec demeritoriꝰ.

Sequitur cum propoſito confitendi et ſatiſfaciendi/ vere enim contritus debet eſſe in propoſito confitendi ⁊ ſatiſfaciendi quando habebit oportunitatem: alias contritio ſua eſſet falſa ⁊ nulla. Et ratio eſt: qꝛ cū ad perfectionē totius integritatis requiratur ꝙ om̄es partes eius ſint ſimul/ ſicut ad perfectionē domus requiritur ꝙ tectum parietes et fundamentū ſint ſimul: ita ad ꝑfectionē vere penitentie requiritur ꝙ iſta tria/ ſcꝫ contritio/ confeſſio/ ⁊ ſatiſfactio que ſunt partes integrales eius in q̄tū eſt ſacramentum ſimul ſint vel in re vel in voto.

¶ Ca.ii. De quantitate contritionis.

Quantitas contritionis menſuratur penes quantitatem doloris que eſſentialiter eſt ipſa cōtritio vel eſt cauſatus vſus a cōtritione. Unde notandū ꝙ in contritione eſt duplex dolor/ ſcđm ꝙ dolor dr̄ duobus modis. Nam dolor vno modō idem eſt ꝙ diſplicentia voluntatis in q̄tum ſcꝫ voluntati diſplicet rem aliquā fore vel fuiſſe. Alio modo idem eſt ꝙ paſſio reſultans ſiue redundans in ſenſualitate.i.in carne in q̄tum.ſ.in parte ſenſitiua ſentit aliquis dolor ex illatione alicuius nocumenti: ſicut qn̄ preſcindit membrum vel vulneratur corpus/ vel cōburitur vel aliquid tale patitur. Loquendo de dolore ṗmo modo ꝓut dolor eſt diſplicentia voluntatis: talis dolor eſt eſſentialiter ipſa ꝯtritio: ⁊ ſic dolor ꝯtritionis debet eſſe et eſt maximus ſcꝫ vera contritio. vn̄ dico ꝙ pctm̄ debet diſplicere voluntati et rationi tm̄: ꝙ nec pacto nec cōmodo vel incōmodo pro vlla re velles in ip̄m conſentire vel conſenſiſſe. Ratio huius eſt: qꝛ contritio ſi ſit vera nō pōt eſſe ſine charitate. Ad hoc ꝙ aliquis habeat charitatem q̄tumcūqꝫ paruam/ neceſſe eſt ꝙ diligat deū ſuper om̄ia/ ſic ꝙ pro nullo damno vel cōmodo velit offendere vel offendiſſe deū: et ideo cum pctm̄ ſit offenſa dei: tuū pctm̄ debet diſplicere voluntati infoꝛmate charitate qualis debet eſſe: ⁊ eſt voluntas vere contriti: quare voluntas vere contriti debet eſſe ꝙ nullo modo/nulla ſoꝛte/nullo damno vel commodo velit ipſuꝫ pctm̄ facere vel feciſſe. Et hoc eſt qđ dr̄ in Hiere. vi. ca. vbi dr̄. Luctū vnigeniti fac tibi: vbi dicit Gloſa. Docet penitentē quid facere debeat. Et ſequitur. Sicut nihil dolentius eſt moꝛte vnigeniti: ita nihil dolentius debet eſſe ꝙ̄ offendiſſe deum per pctm̄. Et ſic dico ꝙ loquendo de doloꝛe ꝓut doloꝛ dr̄ diſplicētia voluntatis: doloꝛ ꝯtritionis eſt maximus ita ꝙ nō poteſt eſſe maioꝛ. Si aūt loquatur de doloꝛe pꝛout moueat doloꝛē creatū ſiue cauſatū in ſenſualitate: ſic talis doloꝛ eſt effectus cōtritionis inq̄ tum. ſ. aliquis vere ⁊ perfecte fuerit contritus ex doloꝛe. p̄mo. ſ. ex diſplicētia voluntatis ⁊ deteſtatione pctī ⁊ inq̄tum eſt offenſiuum dei pꝛoꝛumpit in fletū/lamenta ⁊ lachꝛymas. Sicut legitur de beata maria magdalena: ⁊ de beato petro aplō. Et ſic dico ꝙ non opꝫ ꝙ in contritione iſte doloꝛ ſit maioꝛ quocūqꝫ alio doloꝛe. Videmus enī multos viros et ꝙ̄plures mulieres vere penitentes et veniā poſtulantes ſcḋm ꝙ humanitas pōt cognoſcere qui magis flent et ploꝛant pꝛo moꝛte conſanguineoꝝ vel amicoꝝ ſuoꝛū vel amiſſione alicuius rei tempoꝛalis ꝙ̄ ploꝛent vel fleāt pꝛo pctis ſuis. Et ratio huius eſt: cum enim iſte doloꝛ ſit in affectione ſenſualitatis/et affectio q̄ eſt in ſenſualitate ſequatur experimentalem et ſenſualem cognitionē: et pauci immo pauciſſimi ſunt qui habeant iſtā ſenſualem ſeu experimentalem cognitionē diuine bonitatis: ſicut habent delectationes illoꝝ coꝛpoꝛaliū ſeu rerū tempoꝛalium: ideo pauci immo pauciſſimi ſunt qui ita ſenſualiter doleant de peccato ſicut dolent de aliquo tpali ſeu coꝛpoꝛali: et ſi inuenirentur aliqui eſſent multum laudandi et multū perfecti. Hic ergo patet ꝙ loquendo de doloꝛe pꝛout doloꝛ dicit diſ plicentiā volūtatis:ꝙ doloꝛ ꝯtritionis debet eſſe maximus id eſt maioꝛ quocūqꝫ alio doloꝛe. Loquēdo autē de doloꝛe pꝛout dicit paſſionē reſultantē in ſenſualitate: ſic non eſt neceſſarium ꝙ doloꝛ cōtritionis ſit maioꝛ quocūqꝫ alio doloꝛe/eſſet tñ multū congruū. Sed quid vere penitens et cōtritus/nunq̄d debet plus velle ſuſtinere quācūqꝫ aliā penā tp̄alem:ſicut infirmitatē vel moꝛtē vel quācūqꝫ aliaꝫ penā ꝙ̄ peccaſſe vel peccare? Dico ꝙ nullus in mente ſua debet ſibi ponere talem queſtionem/nec etiam alicui alij: quia illud eſſet ſeipſum/vel aliū ponere in tentationem. Et mens humana eſt multuꝫ infirma ex parte ſenſualitatis que ſemper refugit moꝛtē et mala tempoꝛalia ⁊ coꝛporalia etiam ꝙ̄tumcūqꝫ ſit homo perfectus/ſicut patet in ſaluatoꝛe dn̄o nr̄o ieſu xp̄o:qui imminēte hoꝛa paſſionis dicebat. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad moꝛtē/et hoc ꝙ̄tum ad ſenſualitatem vſqꝫ ad moꝛtem/et exponēs ſeip̄m dicit Spiritus.i.rationalis voluntas pꝛomptus eſt ſup.ad ſuſtinendum moꝛtem:caro autem.i.ſenſualitas eſt infirma quia refugit moꝛtem. Quare nemo debet ſe ponere in tali perplexitate/nec confeſſoꝛ debet hoc interrogare. Iſtud autem requiritur in quolibet p̄nitente de neceſſitate/ꝙ vbi neceſſitas foꝛet pꝛius ſuſtineret omnem penam ꝙ̄ deum offenderet per peccatum.

¶ Ca.iii. De qualitate contritionis.

NUnc de qualitate cōtritionis agendū eſt. Circa qđ ſciendū ꝙ ꝯtritio debet habere ſeptē ꝯditiones. Pꝛima debet eſſe diſcreta vñ debet eſſe cū ſpe venie:ita ꝙ vere cōtritus nunꝙ̄ debet deſperare de venia:ſed ſemꝑ debet ſperare dei miā:quia plus poteſt deus parcere ꝙ̄ homo peccare Unde augu.ſuꝑ illud verbum quod dixit caym gen.iiii.c. Maioꝛ eſt iniquitas mea ꝙ̄ vt veniam merear. Dicit ꝙ mētiris caym.quia maioꝛ eſt dei pietas ꝙ̄ tua iniquitas.

Et ambro. Nemo deſperet: qꝛ iudam proditorē nō ſcelus qđ cōmiſit: ſed ſua deſperatio fecit penitus interire. Sed qꝛ nemo ſcit vtꝝ dignus ſit amore vel odio dei: ideo non debet nimis preſumere: ſed ſemꝑ debet timere: qꝛ initium ſapientie timor dñi. Et ideo verus penitens granū: id eſt animā ſuā debet tenere inter duas molas. ſ. timoris ⁊ ſpei vt ex farina ſic trita barutello diſcretionis mūdata aqua lachrymarū. i. compunctionis commixta/ panem bonū in clibano cordis igne charitatis decoctum faciat hoſpiti ſuo ſcꝫ xp̄o ita ꝙ in die iudicii dicatur ei. Eſuriui ⁊ dediſti mihi manducare. Scđo debet eſſe amara/ et ita dicebat iſte ſanctus rex ezechias. Eſaye. xxxviii. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīe mee. Et ſi ſit talis faciet pacem inter deū ⁊ aīam peccatricem. Unde idem ezechias. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: amara ergo debet eſſe contritio: qꝛ peccator debet eſſe cōtritus eo ꝙ delectatus fuit in cogitatione illicita: amarior qꝛ ꝯſentit amariſſima: qꝛ opus illicitū perpetrauit: ⁊ ſi ſic faciat poterit dicere ſic contritus illud quod ſequitur. Tu autē eruiſti animā meā vt nō periret et proieciſti poſt tergum tuū oīa pctā mea. Tercio debet eſſe lachrymoſa. vñ pſ. p̄o. vi Lauabo per ſingulas noctes lectum meū ſcilicet conſcientie: lachrimis ſtratum meum rigabo. Et ſic fecit beata maria magdalena/ que lachrymis ſuis lauit pedes dñi nr̄i ieſu xp̄i: et ideo ſibi fuerunt peccata remiſſa. Quarto debet eſſe premeditata: vt in preallegata auctoritate. Recogitabo tibi omnes annos meos. ⁊c̄. Et de hoc dicit Eſayas loquendo anime peccatrici. Sume cytharam ſcꝫ p̄nitentie circui ciuitatem ſcilicet ſanitatem anime cogitando et rememoranda ſingula peccata/ meretrix. id eſt anima peccatrix/ que peccando cum dyabolo fornicata es/ obliuioni tradita/ id eſt a deo propter peccatum tuū oblita. Quinto debet eſſe vniuerſalis.i.de oı̄bus pc̄tis.Sexto debet eſſe durabilis.i.continua/et de his duobus dicetur in duobus ca.ſequentibus.Septima debet eſſe integra.i.cū propoſito confitendi et ſatiſfaciendi/alias nō eſſet contritio ſed deriſio.Et de hoc dictum eſt ſupra in.i.ca.

¶Ca.iiii De duratione contritionis.

AD ſciendum q̄tum debet durare contritio. Notandū ꝙ ſcd̄m ꝙ dictū eſt ſupra.ca.ii. In contritione eſt duplex dolor.Unus qui idem eſt ꝙ deteſtatio ſiue diſplicētia voluntatis/⁊ iſte debet ſemper durare q̄diu homo viuit.Notandū tn̄ ꝙ cū preceptum de contrititione ſit affirmatiuū/⁊ preceptū affirmatiuū obligat ſemper:ſed nō ad ſemper/ſed ꝓ loco et tempore.preceptum de contritione ſic obligat ꝙ non opꝫ ꝙ homo ſit ſemper in actu conterendi/ſed q̄ncumqꝫ occurreret ei memoria de pc̄ō ꝙ diſpliceat ſibi illud peccatum feciſſe/⁊ ita intelligitur verbū beati auguſtini in libro de pe.vbi dicitur.Semper doleat et de dolore gaudeat/et ſequitur vbi dolor finitur ibi penitentia deficit. Un̄ q̄n dicit ſemper doleat:intelligendum eſt ſemper.ſ.q̄n occurret ſibi memoria de pc̄ō. Similiter quando dicit vbi dolor finitur/intelligendū eſt ſemper vel actu vel habitu.Et cauſa quare ſic debet durare contritio eſt quia nemo eſt certus ad minus de lege communi ſi peccatum eſt ſibi remiſſum per contritionem/q̄m neſcit ſi contritio ſit ſufficiens.Unde dicitur in eccleſiaſtico de propiciatu peccatorum.Noli eſſe ſine metu.poſito enim ꝙ aliquis ſciret per reuelationē diuinā pc̄m̄ ſibi fore remiſſum adhuc debet ſibi diſplicere peccaſſe quandocumqꝫ occurrerit ſibi memoria de peccato:alias peccaret nouo peccato:quia ſicut culpa eſt velle peccare/ita culpa eſt velle peccaſſe.Alius dolor eſt in contritione ſcꝫ dolor qui reſultat et redūdat in ſenſualitate q̄n ſcꝫ homo ex diſplicentia pec cati prorumpit fletū ⁊ lachrymas/⁊ talis dolor non oportet ꝙ semper duret cum pauci immo paucissimi sint q̄ etiā vna hora possint sic pctā sua plorare:ꝙ̄ dominus toto tpe vite sue:⁊ esset tñ multe perfectionis:qui semper dum recordaretur de pctis posset ea plangere:sicut legitur de beato petro apostolo ꝙ semꝑ portabat sudariuz in sinu suo cū quo tergebat lachrymas suas/qꝛ qñ recordabat̃ peccati quod fecerat qñ negauerat xp̄m/nō potuit lachrymas continere/⁊ tñ bene sciebat xp̄m sibi dimisisse pctm̄.

¶ Ca.v.De quibus debet esse contrio.

PEccatorꝝ quoddam est actuale et quoddā originale. Actuale est qd̄ cōtrahit actu ꝓprio scz qñ homo agit quod agere non debet/vel qñ non agit quod agere debet. Et isto mō diffinitur sic pctm̄. Est omne factū vel dictum vel cōcupitū ꝯtra legē dei. Originale pctm̄ est quod homo ex origine contraxit inq̄tum scz homo descendit ab adam scdm̄ rationē seminalē: ita pctm̄ originale formaliter nihil aliud est ꝙ̄ carentia iusticie originalis. Vñ sciendū est ꝙ adā in sui creatione acceperat a deo quoddā donū supnaturale quod vocabat̃ iusticia originalis: q̄ iusticia ita ordinabat hoiem ad deū ꝙ aia hois in oibus obediebat deo ita ꝙ nullo mō mouebat̃ cōtra dei voluntatē ⁊ corpus ita obediebat aie ꝙ nullo mō mouebat̃ cōtra voluntatē aie/vel ꝯtra imperiū ratiōis. Et sup illud donū oia aialia erāt subiecta homini ⁊ obediāt ei ad nutū. iuxta illud psalmiste ps. viii. Oia subiecisti sub pedib⁹ eius.⁊c̄. Illud donū acceperat nō solum adam pro se: sed etiā pro tota posteritate sua ita ꝙ in oēs q̄ descenderāt ab ei⁹ semie:ipe trāsfunderet illud donū.i.istā iusticiā originalē. Et isto dono ꝑ pctm̄ suum ipse priuabit se ⁊ totā posteritatē suā:ita ꝙ oēs q̄ descēdant ex eius semine carēt isto dono:et talis carentia vocatur pctm̄ originale. Ad videndū ergo de quibus debet esse contritio. p̄mo videndū eſt vtꝝ homo debeat cōteri de pctō oꝛiginali. Ad qđ dicēdum eſt ꝙ non. Cuiꝰ rō eſt/ qꝛ ſolum debet homo de illo ꝯteri ⁊ dolere qđ eſt actu ꝓpꝛio cōmiſſū vel qđ fuit in ptāte nō cōmittere. Sed pctm̄ oꝛiginale nō fuit actu pꝛopꝛio ꝯmiſſum/ nec fuit in ptāte alicuius non committere illud/ quare nō tenet̄ doleri vel cōteri de pctō oꝛiginali. Et dico nullum conteri de neceſſitate congruū tñ eſſet adulto q̄ accedit ad baptiſmū vt ei diſpliceat peccatū oꝛiginale: nō in ſpeciali quaſi fuerit contractū ꝑ ipm̄ ſed in generali inq̄tum ſcꝫ omne qđ ſeparat a deo debet diſplicere. De pctō aūt actuali quō homo debet cōteri de eo Notandū ꝙ in genere duplex eſt pctm̄ actuale/ quoddam eſt moꝛtale/ aliud veniale. De pctō aūt moꝛtali homo debet conteri et confiteri ſingulariter et ſigillatim de quolibet: ita ꝙ nō ſufficit cōtritio ſiue cōfeſſio generalis: immo quilibet verꝰ penitēs debet diligēter examinare cōſcientiā ſuā/ ⁊ diſcutere ita ꝙ recogitet dies/ hoꝛas/ tpa/ loca: ⁊ perſonas: ⁊ oēs circūſtantias in quibus et cū quibus peccare potuit pctōꝝ ⁊ peccauit. Et ita ſicut occurret ſibi memoꝛia de pctō qđ ſignāter et ſingulariter ꝑpetrauit: ꝯterat̄ ⁊ cōfiteatur de quolibet pctō moꝛtali: ita tñ ꝙ licet de quolibet pctō moꝛtali verus penitens debeat ſumme ⁊ maxime dolere: tñ ſcdm̄ ꝙ vnū pctm̄ eſt grauius q̄ aliud/ attentius ⁊ intentius debet dolere ⁊ conteri de vno q̄ de alio. Sed quid fiet de pctis oblitis? Dico ꝙ aliq̄s pōt eſſe oblitus pctōꝝ ſuoꝛū duobus modis. Uno mō ꝙ ſit oblitꝰ in ſpeciali/ ſed nō in gn̄ali. i. ꝙ bene recoꝛdet̄ ſe peccaſſe moꝛtaliter/ ſed recoꝛdatur de ſpecie pctī: puta ſi furatus fuerit aliquid vel foꝛnicatus: ⁊ ſic de aliis/ ⁊ talis tenet̄ doloꝛe ⁊ cōteri in gn̄ali ad pctō/ ⁊ in ſpeciali cōteri de negligentia ſua ꝑ quā venit in obliuionē peccati ſui: et tenetur facere quod in ſe eſt ad hoc ſcilꝫ ꝙ recoꝛdetur in ſpeciali de peccato ſuo/ vel cogitando vias ſuas/vel oꝛando deū ꝙ reducat ſibi ad memoriam. Alio mō poteſt eſſe oblitus pc̄ti ſui:ita ꝙ nō recoꝛdatur nec in generali nec in ſpeciali:adhuc tenetur cōteri in generali. Et voco conteri in generali nō ſub conditione.i. dicendo vel cogitādo/doleo ⁊ cōteroꝛ ſi peccaui/ ſed voco conteri in ſpeciali ſub eſtimatione ꝓbabili/deb̄t enī homo pꝛobabiliter credere ꝙ in multis offenderit deū quoꝝ nō recoꝛdat̄. Si ſub iſta eſtimatione doleat et peniteat ſicut ſi certus eſſet:cōtritus eſt ⁊ ꝑnitens. vñ quilibet deb̄t frequenter dicere verſum pſalmiſte.p̄o.xxx. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignoꝛantias meas ne memineris dñe. Quomō autē deb̄t homo conteri de pctō veniali. Notanduꝫ ꝙ tria ſūt generale pctōꝝ venialiū. Quoddā eſt veniale ſubditū non ꝓꝓꝛia voluntate contractū:ſed ex quadā ſurreptione et de facile nō tenetur homo cōteri in ſpeciali niſi de ꝯgruo Aliud eſt pctm̄ veniale ex voluntate cui ſi cōſentiat homo incidit in moꝛtale/ſicut delectatio moꝛoſa in cogitando de acta carnali eſt pctm̄ veniale/ſed ſi ſit ibi cōſenſus eſt peccatū moꝛtale. Et de tali veniali qñ occurrit memoꝛia homo;debet conteri ⁊ ꝑnitere et diligenter aduertere ne ſit ibi vel fuerit cōſenſus. Quoddam autē eſt veniale quod per frequentationē ſui auget libidinē peccandi/et tanta poterit eſſe libido/ꝙ illud quod de natura ſua erat veniale ex illa libidine fieret moꝛtale : ſicut mendaciū iocoſum de natura ſua eſt veniale:ſed totiēs pōt iterari ꝙ augebit in tantum libidinem mentiendi ꝙ ex illa libidine poterit homo totiens mentiri iocoſe ꝙ peccabit moꝛtaliter. Et de tali debet homo conteri et penitere aduertendo et pꝛecauendo ne multiplicet:de hoc tñ magis dicet̄ infra qñ agetur de confeſſione pctōꝝ venialium:qꝛ eodem modo tenetur homo de eis conteri quo tenetur ea confiteri.

¶ Ca.vi. Que ſunt cauſe inductiue contritionis.

Cauſe inductiue cõtritionis ſũt multe. Pꝛima ⁊ pꝛincipalis eſt amoꝛ dei. Illud eni qđ pꝛĩcipaliter dꝫ retrahere hominẽ a peccato: et ſi peccauerit ꝙ coꝛrigat ſe et emendet: eſt amoꝛ dei: et iſte amoꝛ ſic generatur in anima peccatoꝛis. Cum eni amoꝛ ſic ſequatur cogitationẽ et cognitionem: quia vt dicit auguſtinus. Cognita diligimus incognita nequaq̃: qñ ergo pctõꝛ cogitat ⁊ recognoſcit dei bonitatem et iuſticiã cui diſplicet omne malum ⁊ ꝙ nullo modo relinquit aliquod malum impunitũ/ et recogitat ſe multa mala commiſiſſe que diſplicent diuine bonitati ⁊ ꝓpter que eſt dignus puniri grauiter: timet. Qñ etiam cogitat vlterius dei pietatẽ et miam qui paratus eſt omĩ dolenti et ꝑnitenti parcere et dimittere culpam q̃tumcũq; magnã ſperat de venia et ſic mouet̃ ad deteſtandũ pctm̃. Et iſte modus vocat̃ attritio. i. quedã contritio imperfecta: et ita deus qui nunq̃ deficit infundit lumẽ gratie in aĩam peccatoꝛis: et in nullo lumine pctõꝛ illuſtratus calefit in amoꝛe et charitate dei et deteſtatione peccati: ita ꝙ timoꝛ ſeruilis pꝛecedat ⁊ pꝛeparat coꝛ pctõꝛis ad cõtritionem: ſed amoꝛ ⁊ feruoꝛ charitatis ꝑficit ipm̃. Et de hoc ponit exm̃ auguſti. dicens: ꝙ ſicut in ſutura ſotulariũ ſeta poꝛci pꝛecedit ⁊ facit viam filo/ non tñ remanet in ſutura ſic contritionem pꝛecedit timoꝛ pene: et iſte timoꝛ pꝛeparat ad amoꝛẽ ⁊ charitatẽ dei: que poſtq̃ eſt in anima expellit omnẽ timoꝛẽ. Et ita dicit btũs iohannes in pꝛima ſua canonica' Perfecta charitas foꝛas mittit timoꝛem. ſ. ſeruilem qui eſt timoꝛ pene/ non autẽ timoꝛẽ filialem q̃ timoꝛ offenſe eſt. Scđa eſt pudoꝛ. i. verecundia de pctis cõmiſſis vnde pꝛoper. xii. ca. Res dignas confuſionem agunt. Et iob. Res indigne confuſionem agunt. Et numeri. iii. cap̃. Reuelabo pudenda tua in facie. Qñ enim peccatoꝛ cogitat ꝙ oĩa eius peccata q̃tumcumq; ſecreta et occulta ſint ſunt deo mānifeſtā ⁊ aperta: ⁊ ꝙ niſi peniteāt ⁊ conterātur de eiſdē: deus releuabit ⁊ manifeſtabit ea toto mundo mouetur ad cōtritionē ⁊ p̄niam de pc̄tis. Unde dicit boetius. Magna eſt nobis indicta neceſſitas ꝓbitatis cū oīa agamus corā oculis iudicis cuncta cernētis. Tercia cauſa eſt deteſtatio.i.abominatio vilitatis pc̄ti. Tanta eni eſt vilitas peccati dei facit ſeruū dyaboli. Unde dicit beatus petrus. Qui facit peccatū ſeruꝰ eſt pc̄ti / a quo eni q̄s ſuparꝰ eſt eius ſeruus eſt. Cū ergo pc̄tōr ſit a dyabolo ſuperatus ꝓpter pc̄tm̄ ſeruus diaboli factus eſt. Uñ anſel. Feciſti me dn̄e ad tuā imaginē / ⁊ ego ſupinduxi horribilē ymaginē. Uñ aīa peccatrix vidēs et conſiderās vilitatē pōt dicere verbū qđ dt̄ Hiere. Uide dn̄e ⁊ cōſidera qꝛ factus ſū vilis Quarta cā eſt ꝯſideratio de die iudicii ⁊ penis inferni: qn̄ eni pc̄tōr cōſiderat de oī dicto / facto et cogitato contra legē dei oportebit reddere rationē in die iudicii: iuxta verbuz ſaluatoris in matheo dicētis. De omi verbo ocioſo quod fuerint locuti hoies ſup terrā: reddēt rationē in die iudicii. Et.xxxui.q.vi.c.p.et.c. Quotiēs monet ad ꝯtritionē et penitentiā de pc̄tis ſuis. Uñ hier. Loquens de die iudicii dicit ſic. Quotienſcūqꝫ illam diē deſidero: toto corde contremiſco. Et idē. Siue comedo ſiue bibo ſiue aliqđ facio / ſemper videtur mihi in auribus meis iſta tuba terribilis inſonare. Surgite mortui venite ad iudicium. Qn̄ pc̄tōr iſta cogitat attenta mente / totus cōtremiſcit in corde ſuo Si eni (vt dicit beatꝰ petrus apo.i.petri.iiii.c.) Uix iuſtus ſaluabitur / impius ei pc̄tōr vbi parebūt? Et grego Quid faciet virgula deſerti.i.pc̄tōr / vbi cōcutietur cedrus paradiſi.i.iuſtus. Quinta cauſa eſt dolor de amiſſione celeſtis patrie / qn̄ enim peccator cogitat ſe ꝓpter peccatum ſuuz gloriam paradiſi amiſiſſe: non eſt mirū ſi dolet / immo eſt mirum ſi nō crepāt per medium. Si eni dolet ⁊ plorat ha me pꝛo omiſſione pecunie/ ꝙtomagis debet dolere ⁊ ploꝛare pꝛo amiſſione celeſtis gloꝛie. Et ideo dicebat beatus iohannes in apo. iii. Tenes quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Sexta cauſa eſt doloꝛ de multiplici offenſa creatoꝛis/ quando enim peccatoꝛ cogitat et conſiderat ſe offendiſſe deum qui eum creauit de nichilo/ et inſigniuit ymagine ſua/ ⁊ redemit pꝛecioſiſſimo ſanguine ſuo eſt bene mirum ſi non doleat et peniteat de pctō ſuo. De hoc dt Ber. Doloꝛ de pctis dꝫ eſſe acer acrioꝛ acerrimus. acer/ qꝛ offendimus deum creatoꝛē omniū: acrioꝛ/ qꝛ offendimus patrem noſtrum qui paſcit nos multipliciter et gubernat acerrimus / qꝛ offendimus redemptoꝛē noſtrum qui nos liberauit ſanguine ſuo a vinculo peccatoꝝ/ crudelitate demonū/ ab acerbitate gehenne. Notandū tn̄ ꝙ licet peccatoꝛ vt dictum eſt debeat dolere et conteri de pctis/ tamen ſemperqꝫ debet ſperare in dn̄o et in pietate et mīa eius ita ꝙ debet ſperare de venia et gloꝛia: quia vt dicit ſapiens pꝛouer. xxviii. ca. Sperans in domino non confundetur in confuſione culpe nec pene.

¶ Ca. vii. De effectu contritionis.

Effectus contritionis eſt multiplex. Pꝛimus pꝫ ex vi nois ipſi⁹ dr̄ eñi cōtritio quaſi ſimul vel ex toto tritio/ qd̄ ſic intelligendū eſt: qꝛ in ꝯtritione totū coꝛ pctōꝛis ad litterā ſcinditur vel cōteritꝛ pꝛe nimia anguſtia/ dolore/ ira/ ⁊ indignatione que concepit ꝯtra pctā. Vn̄ dn̄s per pꝛophetam iohelis. ii. ca. Scindite coꝛda veſtra. Itē pſalmiſta. Sacrificiū deo ſpūs ꝯtribulat⁹ coꝛ cōtritū ⁊ humiliatum de⁹ nō deſpicies. Et ſcd̄m ꝙ dicit btūs Bern̄. Contritio mūdat aīam a reatu culpe ⁊ liberet a pene gehenne et ab hoꝛrēda demonū ſocietate: et viliſſima pcti ſeruitute tribuit bona ſpūalia que peccatoꝛ amiſerat per peccatum reſtituit etiā ſocietatē ⁊ ſpiritualem eccleſie cōionem ⁊ bo noꝛdim oim̄ que in eā fiunt per participationē de filio ire efficit filiū gratie/de filio dyaboli facit filiū dei:⁊ per conſequens participē hereditatis eterne. Utꝝ aūt ſola cōtritione remittatur pctm̄:ſunt varie opiniones. Quidam eni dicunt ꝙ ſicut tribus modis offendimus deū.ſ.coꝛde/oꝛe/et opere:ita tribus modis eſt neceſſario deo ſatiſfaciendū ſcʒ cōtritione coꝛdis/confeſſione oꝛis/⁊ ſatiſfactione operis/ita ꝙ alias nō dimittitur pctm̄. Et iſti fundant intentionē ſuꝑ illud.c.de.pe.di.iii.perfecta. Et dicūt iſti ꝙ oēs auctoꝛitates que dicūt peccata ſola coꝛdis contritione dimitti:ſunt intelligende cū articulus neceſſitatis excludit oꝛis confeſſionē.i.qñ aliquis amittit loquelā vel qñ aliqs nō pōt pꝛeſbyteꝝ reperire in confeſſione. Alii dicūt ꝙ in contritione dimittunt̄ pctā ſub conditione ſi ſcʒ cōfiteantur/et fundant iſti intentionē ſuā per illud qđ dr̄ de pe. di.iii.cā. Sane. Tercii dicunt ſola coꝛdis contritione dimitti peccatum cuilibet adulto ſi vere conteratur pꝛoponat ab aliis abſtinere et confiteri de eo ſatiſfacere ſecundum iudiciū eccleſie. Et fundāt iſti intentionē per illud de peni.diſ.i. Magna pietas dei vt ad ſolam pꝛomiſſionem pctā dimittat/nondū denūciat oꝛ et tñ iam deus audit in coꝛde. Et hec opinio eſt verioꝛ et magis tenetur cōiter a doctoꝛibus. Et ꝙ iſta opinio ſit verioꝛ patet per exm̄ lazari quē pꝛimo ſuſcitauit xp̄s anteꝙ̃ a diſcipulis abſolueretur. Lazarus enim moꝛtuus eſt peccatoꝛ q̃ ꝑ pctm̄ moꝛtuus eſt. Juxta verbū eze.xviii.c.dicentis. Anima q̃ peccauerit ipſa moꝛiet̄. Et iſte ſuſcitatur a dño qñ ſibi remittitur pctm̄ in contritione/et poſtea ſoluitur a diſcipulis. id eſt ſoluit̄ a ſacerdotibus in confeſſione. Patet etiā per exm̄ de decem lepꝛoſis a dño mundatis qui in via anteꝙ̃ venirēt ad ſacerdotes mundati ſunt. Iſti eni lepꝛoſi ſunt pctōꝛes qui dū vadūt ad ſacerdotes.i.dū contritionē ha bent ⁊ pꝛopoſitū confitendi:mundātur à peccatis. Et ita dicit pſ̄.ꝑo.xxxi. Dixi ꝯfitebor aduerſuꝫ me iniuſticiā meam dño:⁊ tu remiſiſti impietatē pc̄ti mei.dixi.i.firmiter in animo pꝛopoſui. ¶ Notandū ergo ꝙ iſta tria ſimul ſunt tp̄e licet habeāt oꝛdinē naturalē inter ſe. Iuſtificatio/cōtritio/⁊ pctoꝝ remiſſio:neceſſario eni habeo intelligere ꝙ pꝛius ꝗs habeat grām ꝙ̄ ꝯteratur/pꝛecedit ergo gratia:ſequitur dilectio:qm̄ qui grām habet diligit/et ſequitur contritio:qm̄ qui diligit ꝯteritur ad cōtritionē ſequitur pctoꝝ remiſſio. Iſte pceſſus colligitur de pe.di.i. Omnis qui non diligit manet in moꝛte. Et aug. Sine caritate quō ꝗs verā coꝛdis cōtritionē habere poterit? Patet ergo quō ſola coꝛdis contritione pctm̄ dimittitur/quid ergo faciat abſolutio ſacerdotis ad remiſſionē pctoꝝ? Dicetur infra qn̄ agetur de confeſſione. Et hec ſufficiant de contritione.

¶ Tractatus tercius ſc̄de partis pꝛincipalis de confeſſione.xi.habens capitula.

CIrca confeſſionem.xi.ſunt conſideranda. Pꝛimo de inſtitutione confeſſionis. Sc̄do de illis qui tenentur ad confeſſionē. Tercio de tempoꝛe quo quis tenetur ad confeſſionē. Quarto cui facienda eſt confeſſio. Quinto de quibus facienda eſt cōfeſſio. Sexto de ꝯditionibus quas debet habere confeſſio. Septimo de iteratione confeſſionis. Octauo quomodo debeat ſe habere ſacerdos ad confitentem. Nono de interrogationibus faciendis in confeſſione. Decimo de poteſtate clauium/ et effectu confeſſionis. Ultimo de ſigillo confeſſionis.

¶ Ca.i. De inſtitutione confeſſionis.

AD euidentiā eoꝝ que dicenda ſunt de ꝯfeſſione. Notandū ꝙ in ſacra ſcriptura duobus modis accipitur cōfeſſio. Uno mō idē eſt ꝙ dei laudatio. vn̄ ꝯfiteri iſto mō idem eſt ꝙ deum laudare. Et hoc modo accipitur qn̄ dicit

De confeſſione.

Confitemini.i.laudate dn̄o qm̄ bonus.⁊c̄. Alio mō idē eſt ꝙ pctōꝝ corā ſacerdote manifeſtatio. Et mō diffinit̄ ſic. Confeſſio eſt legitima corā ſacerdote q̄ claues hab̄t ⁊ poteſtatē abſoluēdi pctōꝝ declaratio. Ad euidētiam iſtius diffinitionis videndū eſt de ſingulis mēbꝛis q̄ in ipſa ponunt̄. Dr̄ p̄mo. Cōfeſſio eſt legitima pctōꝝ declaratio cōtra illos q̄ pctā ſua occultant vel excuſando vel celando. Dr̄ etiā cōtra illos q̄ recitāt bona ſua in cōfeſſione/ vel cōfitētur ꝑ abnegationē pctōꝝ vt nō ſum adulter. guloſus. ⁊c̄. Dr̄ corā ſacerdote q̄ clauē hab̄t ⁊ ptātem abſoluendi vt oēs ꝯditiones q̄ ad verā confeſſionē requirunt̄ oñdantur. Et dr̄ confeſſio quaſi ſimul vel ex toto ſiue vndiqȝ faſſio. Et de confeſſione iſto mō dicta hic intendit̄. Videndū eſt igit̄ q̄n fuit inſtituta: ⁊ quis fuit inſtitutoꝛ cōfeſſionis.

¶ Quantū ad primū ſciendū eſt ꝙ duplex eſt cōfeſſio peccatoꝝ ſcȝ mentalis ⁊ vocalis. Mentalis cōfeſſio pctōꝝ eſt de dictamine legis nature adiute quodammō per fidē: q̄n eni homo ſcit et ꝑpendit offendere vel offendiſſe deū quē nō videt niſi ꝑ aliquē radiū fidei natura dictat ſibi ꝙ ab eo mia eſt ſibi huiliter poſtulāda: et hoc nunꝗ̄ fit niſi recognoſcat̄ culpa qḋ fit per cōfeſſionē mentalē. Cōfeſſio aūt vocalis eſt duplex. quedā q̄ fit deo/ quedā q̄ fit hoī. Loquēdo ergo de cōfeſſione vocali q̄ fit deo credo ꝙ ꝯfeſſio fuit de neceſſitate ſalutis ſtatim poſt lapſum primi hoīs. Et rō q̄ me mouet eſt iſta. Om̄i tp̄e in quo eſt vel fuit infirmitas fuit neceſſaria medicina ꝯtra illā infirmitatē: ſed ſtatim poſt lapſum primi hoīs fuit infirmitas peccati: nō ſolū originalis: ſed etiā actualis ad minus quo ad multos: ergo neceſſaria fuit poſt lapſum primi hoīs ꝯfeſſio ad minꝰ quo ad multos etiā vocaliter. Et iſtud ptȝ ex quadā gloſa que ponit̄ ſup illud verbū geñ.iii. Adam vbi es: vbi dicit gloſa. Verba ſunt increpantis et ad confeſſionem cogentis/non ignoꝛantis. Et conſtat ꝙ loquatur de confeſſione vocali facienda deo/quia tunc deus non homo loquebat̄ vocaliter ipſi ade:ergo ab illo tempoꝛe fuit neceſſaria cōfeſſio iſto modo dicta. Loquendo ergo de confeſſione vocali faciēda homini:dico ꝙ fuit inſtituta in lege noua xp̄o videlicet incarnato/et tunc non ante congruū fuit talem confeſſionem inſtitui. Et ratio que me mouet ad hoc eſt duplex ſecūdum ꝙ confeſſio oꝛdinatur ad duo.ſcilicet ad peccati deletionem et manifeſtationem/et ad reconſiliationem faciendam deo ⁊ eccleſie eius. Ex quo patet ꝙ ſolum in lega noua debuit inſtitui confeſſio. ¶ Notanduꝫ tamē ad euidentiam eoꝝ que dicēda ſunt ꝙ ſtatus peccati vocatur tenebꝛe/ſtatus aūt gratie lux. Et ita dicit apoſtolus loquens epheſiis poſtq̄ fuerunt conuerſi ad fidē et fuerunt in ſtatu gratie ad ephe.v.cap̄. Eratis aliquando tenebꝛe/nunc autem lux in domino. Et in ep̄la ad ro.ix.c: Abiciamus ergo opera tenebꝛaꝝ glo.i.opera peccati/⁊ induamur arma lucis.id eſt virtutis. In ea ergo lege debuit confeſſio inſtitui facienda homini in qua lux vera fuit oꝛta que lux illuminat omnem hominem venientē in hūc mundum:⁊ iſta eſt lux noua xp̄o ſcilicet incarnato :igitur in lega noua debuit inſtitui confeſſio faciēda homini. Ex ſcd̄a ſcʒ ex hoc ꝙ confeſſio oꝛdinatur ad reconſiliationem faciendā deo ⁊ eccleſie eius/patet etiam ꝙ debuit inſtitui in lege noua. Ideo enim confeſſio fit homini vt homo ſit iudex ⁊ arbiter inter deum ⁊ hominem peccatoꝛem. Arbiter aūt debet eſſe talis: ꝙ poſſit ponere manum in vtramqꝫ partem:ideo opoꝛtet ꝙ ille cui facienda eſt confeſſio poſſit ponere manum in deum: cui confitens vult reconſiliari te in hominem qui confitetur. Talis autem non potuit quouſqꝫ deus factus eſt homo/quia tunc datus eſt nobis mediatoꝛ dei ⁊ hominis homo chꝛiſtus ieſus. Et hic poſtq̄ coꝛpoꝛaliter aſcendit in celum reliquit in eccleſia aliquos quos in loco ſui conſtituit rectoꝛes eccleſie/⁊ arbitros quibus commiſit auctoꝛitatem reconſiliandi peccatoꝛes deo et eccleſie ſue: ideo in lege noua xp̄o incarnato debuit inſtitui confeſſio/cū eni confeſſio habeat efficatiam ab abſolutione ⁊ abſolutio ex virtute clauiū que quidē claues fuerunt date homini in noua lege dicēte xp̄o beato petro apoſtolo/⁊ in ipſo oībus aliis. math. xvi. ca. ❡Tibi dabo claues regni celoꝝ. ⁊ ioh. xx. Quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis/⁊ quoꝝ retinueritis retenta ſunt/manifeſtuꝫ eſt quod confeſſio facienda homini in lege noua fuit inſtituta. Preceſſit tñ in figura in lege antiqua in hoc ꝙ ſacerdotibus data erat auctoꝛitas ⁊ ptās diſcernendi inter lepꝛam et lepꝛam/et inter ꝓphanū et ſanctū: ſcꝫ iſta erant quedā coꝛpoꝛalia ⁊ non ſpūalia. Et hanc figurā oſtendit xp̄s in lege noua fuiſſe adimpletam: qñ lepꝛoſos mundatos mittebat ad ſacerdotes dicens. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. De ſcd̄o autē quis fuit inſtitutoꝛ cōfeſſionis Dico ꝙ fuit ipſemet xp̄s. Et ratio fuit tacta ſupꝛa in pꝛima parte huiꝰ opis qñ agebat de ſacris in gñali. Et intelligo ꝙ fuit inſtitutoꝛ auctoꝛitatiue. Et credo ꝙ beatus iacobus minoꝛ (qui fuit ep̄s hieroſolomitanus/⁊ qui pꝛimꝰ inter apl̄os celebꝛauit miſſam) qñ dixit. Cōfitemini alterutrū peccata vr̄a fuit pꝛomulgatoꝛ huius ſacramenti/ſicut dictum eſt ſupꝛa de ſacramento extreme vnctionis.

❡Ca. ii. De illis qui tenentur ad confeſſionem.

Omnes adulti poſtq̄ ad annos diſcretionis peruenerint ita ꝙ poſſint diſcernere inter bonū ⁊ malum tenent ſemel in anno. ſ. in quadꝛageſima cōfiteri ex ſtatuto conſilii gñalis. qd̄ ponit ex. de pe. ⁊ re. c. Omīs vtriuſqꝫ ſexus. Et contra tranſgreſſoꝛes illius ſtatuti ponitur ibidē talis pena ſcꝫ ꝙ ipſi viuentes ab ingreſſu eccl̄ie arceātur

Et moꝛiẽtes xp̄iana carẽt ſpultura. Et hui⁹ ſacratiſſimi ac ſaluberrimi ꝯſilii põt eſſe triplex rõ. Pꝛima fuit vniuerſalis indigentia/ oẽs eni peccauerũt (vt dicit apl's) ⁊ egẽt grã dei. Nõ eſt eni qui faciat bonũ et nõ peccet vt dicit ſapiens: ideo quilibet debet deũ gloꝛificare cõfitendo ſe eſſe pctõꝛem. Qui eni cõfitet᷑ ſe eſſe pctõꝛem/ deũ gloꝛificat oñdens ſe dei mĩa ⁊ grã indigere. Scd'a rõ eſt ſacre cõionis reuerẽtia. Cũ eni oẽs teneant᷑ in paſcha cõicare/ vt digne et munde poſſint accedere ad tm̃ ſacrm̃ opoꝛtuit pꝛemitti remediũ purgationis ⁊ lotionis pcti que fit in ꝯfeſſione. Tercia rõ fuit diſcretio gregis dñici: ne ſcꝫ lupi abſconderẽtur in grege q̄ manducarẽt agnos: iõ ſtatutũ eſt vt rectoꝛes eccleſiaꝝ agnoſcerẽt vultũ ouiũ ſuaꝝ: ne heretici ſub pelle innocentie maliciã ſuã palliarent. Ideo oẽs quicũqꝫ ⁊ cuiuſcũqꝫ conditionis ſint tenentur ſemel in anno ꝯfiteri: alias peccãt moꝛtaliter/ et debent pena ſupꝛadicta puniri. Sed pone aliq̇s eſt qui nõ habet cõſciam de aliquo pctõ moꝛtali: ſed ſolum de venialibus: ſed hõ nõ tenet᷑ pctã venialia cõfiteri/ ergo ad minus talis nõ tenet᷑ confiteri: dico ſine pꝛeiudicio et ſaluo melioꝛi iudicio ſeu conſilio/ ꝙ aliq̇s põt teneri ad ꝯfeſſionẽ ꝓpter duo. Vno modo ꝓpter vinculũ pcti. Alio mõ ꝓpter vinculũ pꝛecepti. Pctã venialia nõ tenetur q̇s cõfiteri ꝓpter vinculum pcti/ cum poſſint ſine confeſſione dimitti. Tñ ſunt confitẽda ꝓpter pꝛeceptũ quo tenet᷑ quilibet confiteri ſimul in anno qñ. ſ. confitens nõ habet niſi venialia. Unde ſi haberet moꝛtalia que confiteretur/ non teneret᷑ de neceſſitate venialia confiteri/ de hoc tñ infra magis late dicetur. Ulterius pone ꝙ aliquis eſt ita attentus circa diuina ꝙ nõ habet remoꝛſuꝫ cõſcie de aliquo pctõ nec moꝛtali nec veniali/ an iſte teneatur confiteri vel non/ ſi non: tunc nõ omes tenẽtur et obligantur ad confeſſionẽ/ cuius ꝯtrariũ dictũ eſt. Si autẽ ts netur et nõ habeat cõſcientiã de aliquo pctõ nec moꝛtali/ nec veniali tũc tenet ad confitendũ et dicendũ ꝯtra cõſcientiã ſuã et ita mentiri/ qđ nephas eſt dicere. ergo ad minus talis nõ tenetur confiteri. Dico ad hoc ꝙ cuꝫ ſapiens dicat ꝙ ſepties in die cadit iuſtus. impoſſibile credo ſcđm ſtatũ viatoꝛis ꝙ aliquis hñs intellectũ et vſum rationis/ tranſeat vnã diẽ vel vnã ſeptimanã ſine remoꝛſu alicuiꝰ pcti venialis: ꝙ antẽ totũ annũ tranſeat hoc habeo magis pꝛo impoſſibili/ nec credo ꝙ vnꝗ̃ iſtud donũ fuerit collatũ alicui ſctõ niſi xp̄o ⁊ marie virgini eius genitrici. Nec credo apoſtolos hoc donũ habuiſſe: qꝛ venialiter peccauerũt vt dicit Gre. et Aug. in libꝛo de natura et gratia. Si oẽs ſancti et ſancte adhuc viuerent et interrogati eſſent vtꝝ ſine pctõ foꝛẽt/ oẽs vna voce dicerẽt. Si dixerimꝰ ꝙ pctm̃ non habemus noſipſos ſeducimus et veritas in nobis nõ eſt: excepta btã virgine de qua cũ de pctis agitur ꝓpter honoꝛem filii dei nullam pꝛoꝛſus volo cõmunionem haberi. Et hiero. i. ad thi. iii. ca. Res pene contra naturam eſt vt ſine pctõ aliqs ſit: ideo homo ꝗtumcũqꝫ ſit pfectus debet cogitare coꝛde ⁊ confiteri oꝛe ſe eſſe peccatoꝛem: qꝛ vt dicit Grego. Bonaꝝ mentiũ ibi eſt culpam vereri. i. timere vbi culpa non eſt. de obſer. ieiu. ca. Conſilium. Vñ de cõi lege tenentur om̃es ad confeſſionẽ. Et ſi deus de ſpecialiſſima gratia daret iſtud donum alicui ꝙ nec moꝛtaliter nec venialiter peccaret: credo ꝙ adhuc nõ cõtemneret pꝛeceptũ eccleſie: talis deberet pñtare ſe ſuo confeſſoꝛi nõ qꝛ diceret ſe peccatoꝛem/ qꝛ mentiretur: ſed deberet dicere. Dñe nõ habeo conſcientiam de aliquo pctõ: tamen pꝛopter pꝛeceptum eccleſie pꝛeſento me vobis: ſicut dixi ſupꝛa ꝙ ſanctificatus in vtero deberet recipere ſacramentum baptiſmi licet non habeat peccatum oꝛiginale.

¶ Ca. iii. de tp̄e quo quis tenetur ad confeſſionem.

OStensa de ꝯfessione que est ⁊ qualis debeat esse. restat oñdere de confessoꝛe: ⁊ pͥmo quō debeat se habere ad cōfitentem. Circa quod notandū ꝙ confessoꝛ sacerdos debet gerere vicez spūalis medici: pctōꝛ vero vicem spiritualis egroti. Sicut enī coꝛpoꝛalis medicus ad egrotū accedens pꝛimo mulcet ipsum egrotū ⁊ ꝯpatit̄ ei se ꝯfirmādo infirmo: verbis blanditur/ sanitatē pollicet̄/ vt eger confidentius detegat moꝛbi q̄ntitatē ⁊ doloꝛis acerbitatem/ sic sacerdos quasi medicus spūalis dū ad eū accedit pctōꝛ q̄ est quasi spūalis egrotus: debet pctōꝛē ꝟbis allicere blandimētis mulcere: vt facilius egrotus. i. peccatoꝛ detegat moꝛbum id est pctm̄. Debet ergo ꝯfessoꝛ pctōꝛem docere ⁊ monere/ vt ad pedes eius hūiliter sedeat nec patiat̄ eum sedere de pari: ⁊ si sit mulier debet eā docere vt sedeat ex trāsuerso ne respiciat sacerdos faciē mulieris/ qꝛ vt dr̄ in Abacuch. Facies mulieris facies leonis ⁊ ventus vrens: nec etiā respiciat quemcū̄qꝫ ꝯfitentē in facie: qꝛ exinde audacius ꝯfitebitur. Exinde pio ac dulci suauiqꝫ colloquio debet ipm̄ inducere ad compunctionē ꝓponēs bñficia que xp̄s ei contulit potissime in passione suā q̄n. s. pꝛo saluandis pctōꝛibus voluit tm̄ doloꝛem sustinere. Itē qꝛ ipse dixit. Non veni vocare iustos: sed pctōꝛes. Item oñdat ei ꝙ illi qui plus peccauerunt si bene penitent magis diligunt̄ a deo postea et exaltantur: sicut ptꝫ in dauid/ petro/ paulo/ maria magdalena/ et latrone: qui oēs fuerunt maximi peccatoꝛes. Et quia bñ penituerunt de pctis suis: postmodū fuerunt amati/ ⁊ singulariter a deo exaltati. Exponat etiam ipsi in xp̄o pietatem/ miam/ caritatē/ et mansuetudinē: quibus paratus est recipere peccatoꝛes. Suadeat etiam ei ꝙ non verecundetur confiteri sibi: qꝛ ipse est pctōꝛ sicut et qui confitetur: immo foꝛte plusq̄ ipse/ et ꝙ nō confitebitur ei sicut homini: sed sicut tenenti locum dei: et ꝙ ipse citius dimitteret ſe interfici ꝙ̄ ꝙ reuelaret pctā ipſius.⁊ ſi foꝛte ex iſtis oibus pctōꝛ nō vellet ꝯfiteri: ꝓponat ei ꝯfeſſoꝛ terroꝛē iudicii ⁊ penas inferni:ꝙ̄ta mala parata ſunt pctōꝛibus ꝙ̄ dire punit deus eos q̄ nolunt penitere/⁊ ꝙ̄ miſericoꝛditer ꝑcit penitētibus. Et oibus iſtis expoſitis audiat ſimpliciter ꝯfeſſionē ipſius. Caueat autē ꝯfeſſoꝛ ne expuat vel aliqđ ſignū abominationis oñdat ꝙ̄tumcūqꝫ pctōꝛ ꝯfiteat̄ peccatū flagitioſū ⁊ enoꝛme:ſꝫ aīa audiat cū māſuetudine et pietate.

Ca.ix. De īterrogationib⁹ faciēdis in ꝯfeſſiōe.

Quāuis quidā dicūt ꝙ interrogationes nō ſunt faciēde in confeſſione:tñ quia dictum eoꝝ eſt multū periculoſum ꝓpter ſimplicitatē ⁊ verecundiā hoīm:nō credo cōtrariū.ſ.ꝙ ſint faciēde interrogatiōes in ꝯfeſſione. vñ au. ſup illum locū. Qui ſine pctō eſt primus in ipſam lapidem mittat:inquit. Caueat ſpūalis iudex ꝙ ſicut nō commiſit crimen nequitie:ita nō careat munere ſciē:opꝫ eni ꝙ ſciat cognoſcere quicqđ debeat iudicare. Judiciaria eni ptās hoc expoſtulat/vt qđ debet iudicare cognoſcat:diligēs igitur inquiſitoꝛ expꝛimat ſibi ⁊ ſubtilis inueſtigatur ſapienter ⁊ quaſi aſtute interroget a pctōꝛe qđ foꝛſitan ignoꝛat vel verecūdia velit occultare. Cognito ergo crimine ⁊ varietatibus ei⁹ nō dubitet inueſtigare locū/tp̄s/⁊c̄. quib⁹ cognitis aſſit beniuolus parat⁹ erigere et opus ſecū poꝛtare habeat dulcedinē in affectione pietatē in alteri⁹ crimine diſcretionē in varietate. Hec et multa alia ponūtur de pe. di.vi. Et qꝛ vt vult gre. Clauis apꝛtionis eſt ſermo coꝛrectionis:qꝛ interrogando ⁊ increpando culpam detegit:quā ſepe neſcit ipſe etiā qui perpetrauit.xliii.di. Si rectoꝛ. Et ita ſcd̄m verbū beati iob. Subtiliter educēdus eſt de ſinu peccatoꝛis manu obſtetricante.i.induſtria confeſſoꝛis coluber toꝛtuoſus. Viſo ergo ꝙ interrogationes ſint faciende in confeſſione/videndum eſt de quibus faciende ſunt/

et quo oꝛdine. Vñ ſciendū ꝙ interrogationes faciēde ſunt de pctis moꝛtalibus ⁊ de circūſtantiis eoꝛūdē: vt ergo ſciatur de quibus ſunt faciēde interrogationes: opꝫ ſcire q̄ ſunt pctā moꝛtalia. Pꝛo quo notanduꝫ ꝙ pctm̄ poteſt eſſe moꝛtale dupl'r. Uno mō ex natura ſua: ſicut foꝛnicari eſt pctm̄ moꝛtale ex natura ſua. Alio mō aliq̄s actus pōt eſſe pctm̄ moꝛtale ex intētiōe: ſicut cātare in eccl'ia nō eſt pctm̄ moꝛtale/ īmmo pōt eſſe meritoꝛiū: ſꝫ cātare vt placeat mulieri vt alliceat eā ad peccandū/ moꝛtale eſt pctm̄. Et qꝛ intentiōes hūāne ſunt q̄ſi infinite: iō de his q̄ ſunt pctā moꝛtalia ex intētione nō pōt certa r'la dari. Loquamur ergo de his q̄ moꝛtalia ſunt ex natura ſua. Vñ ſciendū eſt ꝙ oēs trāſgreſſiōes pꝛeceptoꝝ decalogi ſunt pctā moꝛtalia. De his tñ dicet̄ in tercia pte hui⁹ operis qñ aget̄ de decē pꝛeceptis decalogi. Quedā eni numerant̄ ab aplo in epl'a ad Ro.xiii. vt eſt ydolatria: viciū cōtra naturā iniq̄tas/ malicia/ foꝛnicatio/ auaritia/ neq̄cia/ inuidia/ homicidiū/ ꝯtentio/ dolus/ malignitas/ vſura/ ſuſurratio/ detractio/ ꝯtumelia/ ſuperbia/ elatio/ inuentio maloꝝ/ inobediētia/ inſipiētia/ incōpoſitio. Et iſtis adiūgit illos q̄ ſunt ſine affectione ſine federe/ ſine mia. Et ꝙ oia iſta ſint pctā moꝛtalia ptꝫ ex hoc qđ ſequit̄. ſ. ꝙ q̄ talia agūt digni ſunt moꝛte nullus aūt eſt dignus moꝛte niſi pꝛo peccato moꝛtali: ergo oia pꝛedicta ſunt pctā moꝛtalia. Sed vt de pctis moꝛtalibus certa habeatur regula. Notandū ꝙ omia pctā moꝛtalia reducūtur ad .vii. vicia capitalia que cōtinent̄ in hac dictione ſaligia. Vñ notandū ꝙ in hac dictione ſunt .vii. littere quaꝝ q̄libet deſeruit ſuo pctō moꝛtali. Nā ꝑ lr̄am ſ/ intelligit̄ ſuperbia: ꝑ pꝛimū a/ auaritia: ꝑ l/ luxuria: per pꝛimū i/ ira: ꝑ g gula: per ſcđm i/ inuidia: per ſcđm a/ accidia. verſus. Das ſeptem vicia per hoc dictum ſaligia. Iſte autem ſunt ſeptem male radices/ que in terra deſerta inuia et inaquoſa animaꝝ hoim pctōꝝ (de quibus ego ſum vnus) radicantur. Ex qualibet vero radice eaꝝ multi rami pullulant vt tradit grego. ſuꝑ iob. Nam ex iſta mala radice que eſt ſuperbia oꝛiuntur ſeptē peſſimi rami: videlʒ inobedientia iactātia/hypocriſis/ꝑtinatia/ꝯtentio/diſcoꝛdia/p̄ſumptio Et nota ꝙ iſta vocantur moꝛtalia: qꝛ ꝓpter iſta incurrit hō ſniam ſpūalem. Primū ergo ⁊ pꝛincipale inter iſta eſt ſuꝑbia. i. amoꝛ inoꝛdinatus ſuiipſius. ſ. ꝓpꝛie excellentie et honoꝝ nō referēdo ad honoꝛē dei nec actu/nec habitu/nec ad edificationē alterius ꝓximi. Et ſunt quattuoꝛ modi ſuꝑbie. Pꝛimꝰ eſt qn̄ homo appetit videri ⁊ reputari ab aliquo melioꝛ ꝗ̄ ſit: ⁊ pꝛeſumit de ſe ꝙ ſit bonꝰ ⁊ eſt tn̄ malus et pctōꝛ: vel ꝙ habeat aliqua bona q̄ nō habet. Secūdus modus eſt qn̄ homo ſe reputat habere bona que habet non a deo ſed a ſeipſo. Terciꝰ modꝰ ſuꝑbie eſt qn̄ homo reputat ſe habere illa q̄ habet a deo ꝓpꝛiis meritis ⁊ nō ꝑ grām dei. Quartꝰ modus qn̄ quis ꝑ nobilitatē vel diuitias vel quecūqꝫ alia vult apparere excellentioꝛ ſuꝑ alios inoꝛdinate/et plusꝗ̄ ſtatus ſuus expoſcat. Et notandum ꝙ rami ſuperbie qui ſupꝛadicti ſunt ab aliq̄bus nuncupant̄ filie: q̄ aliqualiter ꝓpter ſimplices ſūt deſcribēde. Vn̄ inobedientia eſt cōtemptus pꝛecepti ſuꝑioꝛis. ſ. dei vel cuiuſcūqꝫ hoīs cui tenetur obedire vt ꝑ hoc homo inobediēs videatur non alteri ſubiici vel eſſe ſubiectus. Hypocriſis eſt exterius oſt̄dere deuotionē ficte ꝓpter laudē hoim habēdā Contentio vel contendere eſt reſiſtere aliis ꝑ verba ⁊ nō velle ab aliis ſuperari in verbis ⁊ in lite: vt ꝑ hoc excellentioꝛ videatur. Pertinatia eſt qn̄ pꝛopꝛie opinioni vel ſciētie homo nimis inoꝛdinate innitit̄ nolēs credere conſilio maioꝝ/ vt ꝑ hoc appareat ſapiētioꝛ. Diſcoꝛdia eſt qn̄ aliquis rebellat ⁊ ꝯtradicit volantati eoꝝ ꝓterue ⁊ ex ſuꝑbis coꝛdis. Pꝛeſumptio eſt qn̄ quis per veſtes inoꝛdinatas et alia quecūqꝫ mirabilia vult apparere ⁊ gl̃ari/ et ab illis a quibus videť valentioꝛ reputari. De radice auaricie naſcuntur ſex .ſ. ꝓditio/fraus/fallacia/ꝑiuriū/ inquietudo mentis/ꝯtra miām coꝛdis obduratio. Pꝛoditio eſt dolus in rebus interioꝛibus. Fraus eſt deceptio in rebus exterioribus ꝓpter defectū vendite rei vel empte. Fallacia eſt deceptio et dolus in verbo ad decipiendum pꝛoximū: ſiue in vendendo ſiue in emēdo. Periuriū eſt verbū contra mentē ꝓlatū cū iuramēto vel iuramentū mendoſū ꝓpoſitū vel affirmatū. Inquietudo mētis eſt ſollicitudo circa diuitias acquirēdas ⁊ ſutia. Coꝛdis obduratio eſt qñ auarus obdurat ⁊ confirmat coꝛ ſuū ꝙ nihil dabit pauperibus nec miſericoꝛditer ſubueniet alteri. Auaricia eſt appetitus inoꝛdinatus habendi indebite diuitias/ vel quecūqꝫ poteſt emi vel vendi per pecuniā. Eſt aūt duplex auaricia: quedam qñ homo nimis ardenter cuſtodit res ſuas nō iniuſte capiendo alienū: et talis auaricia eſt pctm̄ moꝛtale tm̄ in duobus caſibus. Primꝰ eſt qñ homo diliget tm̄ diuitias ſuas et occupat ſe in eis ꝙ paruipendit honoꝛē dei et pꝛecepta eius. Scđs qñ homo nō ſubuenit pꝛoximo pauperi in neceſſitate conſtituto: qꝛ tūc auaricia eſt pctm̄ moꝛtale. Alia auaricia eſt qñ aliquis cupit alienū capere vel detinere iniuſte quoquo modo cum certo pꝛopoſito/ ⁊ auaricia talis ſemꝑ eſt pctm̄ moꝛtale: niſi qñqꝫ ꝓpter paruitatem rei ablate: puta furari moꝛcellum panis/ vel aliquid tale nō eſt pctm̄ moꝛtale. Pꝛeter aūt iſtas filias auaricie ſunt alie a quibuſdā ſuꝑaddite .ſ. rapina/furtum/pꝛoditio/et vſura. Rapina eſt acceptio rei aliene cum violentia. Furtū acceptio iniuſta ⁊ occulta rei aliene inuito dño poſſeſſio. Pꝛoditio eſt dolus circa perſonas: puta cū vna ꝑſona ꝓdit vel tradit aliam: vt patuit de iuda ꝓditoꝛe. Vſura eſt qñ pꝛo dilatione termini vel rōne mutui accipiť aliquid vltra ſoꝛtem: ſaltem in rebus in quibus non differt vſus rei/ ⁊ conſumptio eiꝰ vt panis.

¶ De infecta radice luxurie naſcūtur octo filie: ſcꝫ cecitas mentis/ inconſideratio/ inconſtantia/ pꝛecipitatio/ amoꝛ ſui/ odiū dei/ amoꝛ pn̄tis ſeculi/ deſperatio ſiue hoꝛroꝛ futuri ſeculi. Cecitas mētis eſt qn̄ hō ꝓpter delectationē hmōi veneris impeditur et abſtrahit in mente. Inconſideratio eſt qn̄ impedit ⁊ ſopitur rō hoīs ꝓpter vehementē luxuriā. Inconſtantia eſt qn̄ homo pꝛopter delectationē hmōi veneris retardat ne faciat: vel ꝑficiat bona que incepit facere vel ꝓpoſuit facere. Pꝛecipitatio eſt qn̄ ꝓpter delectationē hmōi impeditur conſilium in agēdis. Amoꝛ ſui ⁊ odiū dei eſt ex parte voluntatis qn̄ ſcꝫ homo plus appetit ꝑpetrare luxuriā ⁊ incurrere odiū dei ꝙ̄ a luxuria abſtinere vel abſtrahere. Amoꝛ pꝛeſentis ſeculi et hoꝛroꝛ futuri iudicii eſt qn̄ luxurioſus intantum delectat remanere in luxuria ꝙ vellet hic ſemꝑ manere ⁊ viuere/ nec curat de eterna vita. Luxuria eſt appetitus inoꝛdinatus circa dilectionem veneris. Et habet ſex ſpēs. Pꝛima eſt pct̄m contra naturam. ſ. qn̄ fit modo quo nō cōuenit generatiōi humane. Foꝛnicatio generaliter eſt oīs concubitus ſoluti cū ſoluta extra legem mr̄imonii. Adulteriū eſt concubitus factus in mr̄imonio: qn̄ ſcꝫ vterqꝫ eſt mr̄imonio copulatus/ vel ſaltem alter eoꝛū. Inceſtus eſt concubitus cū conſanguinea. Stupꝝ eſt defloꝛatio virginis. Raptus eſt qn̄ mulier rapitur contra voluntatem parentū ſuoꝝ. Et nota ꝙ oīs concubitus factus extra legem matrimonii eſt pct̄m moꝛtale: qꝛ cōtra legē nature/ cōtra pꝛeceptum dei/ et contra iuſticiam pꝛoximi. Similiter omīs tactus impudicꝰ factꝰ cū intentione ꝓuocandi ad actum luxurie eſt pct̄m moꝛtale/ vel ſaltem cauſa pct̄i moꝛtalis.

¶ De peſtifera radice ire pullulāt ſex rami. ſ. rixa/ timoꝛ mentis/ cōtumelia/ clamoꝛ/ indignatio/ blaſphemia. Ira eſt motus ſanguinis circa coꝛ pꝛopter appetitum vindicte. Unde ſciēdum ꝙ ira quãqꝫ eſt virtuoſa/nec eſt pctm̄ ſcʒ qñ appetitus vindicte eſt ſcdm debitū oꝛdinē iuſticie et cū charitate/qñ homo querit coꝛrectionē peccati et non vindictam ꝓpꝛiā nec nocumentū pꝛoximi:ſed ſolum offenſe culpe querit vindictā/⁊ talis vocatur zelus. Qñ aūt talis appetitus vindicte eſt ad vindicandū pꝛopꝛiā iniuriā et ad nocendoꝝ pꝛoximo talis iam eſt pctm̄: et non licet homini talem vindictam accipere:niſi habenti auctoꝛitatem. Eſt autē pctm̄ moꝛtale qñ talis appetitus vindicte eſt inferendi aliquod nocumentū: qꝛ eſt cōtra charitatē pꝛoximi:ſed pꝛout eſt motus ſenſualitatis pꝛeueniens rationē et indeliberatus:ſic eſt pctm̄ veniale. Indignatio eſt qñ alteꝝ iniuriantem ſibi deſpicit in coꝛde ſuo:et iudicat eū indignū et deſpiciendum/conſiderans defectus eius. Tumoꝛ mentis eſt qñ homo iratus quaſi inflatus cogitat viam et modum nocendi ei qui fecit ſibi iniuriam. Blaſphemia eſt locutio cōtra deū:eo ꝙ permittit ſibi talem iniuriā fieri vel euenire. Clamoꝛ eſt locutio iniurioſa cōtra pꝛoximū ſine expꝛeſſione determinate iniurie:⁊ hoc in euāgelio vocatur racha.i.ſubſannationis ſignum. Contumelia eſt locutio cōtra ꝓximū cū expꝛeſſione iniurie:puta cū aliqs vocat ex ira alteꝝ latronē vel homicidā/⁊ ſimilia. Rixa eſt ꝙ̃tum ad iram in opere exterioꝛi.ſ.verberatio/abſciſſio/vulneratio/ et ſimilia. ¶ De voꝛaci radice gule naſcuntur quinqꝫ.ſ.inepta leticia/ſcurrilitas/immunditia/multiloquium/ebetudo ſenſuū. Gula eſt appetitus inoꝛdinatus ⁊ immoderatus comedendi vel bibendi contra regulam recte rōnis.ſ.ſumēdo plus de cibo et potu ꝙ̃ nature conueniat et cōplexioni hominis ſumentis et ꝯuerſationi eoꝝ inter quos habitat. Sciendum tñ ꝙ gula nō eſt pctm̄ moꝛtale ex natura ſua/niſi in duobus caſibus. Unº qñ ꝓpter timoꝛē vel amoꝛē dei nō retrahit ſe a pctō gule:ſed intm̄ appetit cibū ⁊ potū ꝙ non retraheretur etiā ꝓpter pꝛeceptū diuinū. Scdō as qñ homo inebꝛiat ſe libenter in tali ſtatu ꝙ neſcit ſe regere et tunc gula eſt pctm̄ moꝛtale. Hebetudo mentis eſt abſtractio intellect⁹ circa ſpeculabila ⁊ agibilia ꝓpter nimiā ſumptionem cibi vel potus. Inepta leticia eſt deoꝛdinatio voluntatis circa delectionē cibi et potus qñ.ſ.homo vage et incompoſite circa talia nimis ⁊ ſuperflue letatur. Multiloquiū eſt hō qñ ſuperflue ⁊ nimis in verbis incōpoſitis ⁊ cachinationibus deoꝛdinat ſe. Scurrilitas eſt qñ homo ſe inoꝛdinate ad exterioꝛes act⁹ ad modū ioculatoꝛis ſe habet Immūditia eſt vomitus ſequēs ex inoꝛdinata comeſtione vel potu/vel etiā pollutio ſeminis ꝓueniēs ex repletione nimia. ¶ De ficta radice inuidie naſcunt̄ quinqꝫ.ſ.odium/ſuſurratio/detractio/exultatio in aduerſis pꝛoximi/⁊ afflictio in pꝛoſperis eius. Inuidia eſt triſticia de bono alteris inq̄ntum impedimentū eſt ꝓpꝛie excellentie. Odium eſt velle malum alicuius/⁊ ꝑ hoc bonū pꝛoximi diminuere Suſurratio eſt diminutio fame alterius per verba occulta et nō expꝛimentia manifeſte maliciā ſeu infamiā eius. Detractio eſt alterius ꝑ verba manifeſta infamatio:tn̄ in abſentia eius. Deriſio eſt vilipenſio dictoꝛū vel factoꝛum alterius ludibꝛio ⁊ riſu. Exaltatio in aduerſis pꝛoximi eſt cum aliquis gaudet de aduerſitate ⁊ damno ꝓximi. Afflictio in pꝛoſperis eſt doloꝛ et diſplicentia de bonis/⁊ pꝛoſperitate alioꝝ quam non poteſt impedire. ¶ De radice nequā accidie pꝛocedunt ſex.ſ.malicia/rancoꝛ/puſillanimitas/deſperatio/toꝛpoꝛ circa pꝛecepta/vagatio mentis erga illicita. Accidia vel pigritia eſt tediū ſeu faſtidiū diuini operis.ſ.qñ homo nō habet deuotionē bonā neqꝫ delectationem in amoꝛe dei:ſed tediū magis ⁊ faſtidiū in mentalem receſſū. Et illud repugnat caritati quā ꝗlibet homo tenē tur habere diligẽdo deũ ſuper oĩa et delectabili amore tenet ei inherere. Et cauſat talis pigritia ex rebellione carnis ad ſpm̃. Uagatio mentis circa illicita eſt qñ aliquis nõ inuenit delectationẽ in ſpũalibus/ ⁊ vacat delectationibus carnalibus et querit ea/ puta nimis ludendo/ nimis iacendo. Deſperatio eſt exceſſus a bono diuino cui firmiter eſt inherendaʒ. Torpor circa precepta eſt propter accidiam negligere ⁊ contẽnere diuina precepta que ſũt faciẽda de neceſſitate ſalutiſ. Rancor eſt indignatio quã homo piger habet ↄtra illos q̃ monẽt eũ bñfacere illa q̃ tenetur benefacere. Malicia eſt odiuʒ ⁊ indignatio quam homo piger habet ↄtra illos q̃ docẽt pigros habere ſpũalia bona inq̃tũ impediũt a delectationibus corporalibus. Tepiditas eſt paruus amor dei et preceptorũ eius. Mollities eſt qñ homo piger nõ vult ſuſtinere quãcumqʒ pniam ꝓpter amorem dei/ neqʒ facere aliquod bonũ ad quod tenetur. Somnolentia eſt ſomni nimietas ad modũ brutoꝝ et pigritia ad ſurgendũ ad bñfaciendũ illa que tenetur facere et qñ tenetur ea facere. Puſillanimitas eſt boni ardui qđ cadit ſub conſilio: puta tarde cõfiteri tarde pniam facere. Ocioſitas eſt ceſſatio a bono opere quod tenetur homo facere et qñ tenetur facere/ et attentio ad inutilia et nociua. Et vltra ſex ramos vel filias iſtius accidie ſuperaddite ſunt quattuor que dicte ſunt/ multum facientes ad declarationem materie. Iſte igit̃ ſunt ſeptẽ radices cuʒ ramuſculis ſuis que in vniuerſo ſunt quadraginta tres et ſic ipſis cõputatis cũ ſeptẽ radicibus erũt in toto quinquaginta de quo quinquagenario dicit helyas ꝓpheta. Si ſeruus dei ſum/ deſcendat ignis de celo ⁊ deuoret te ⁊ quinquagenarios tuos: ita debet dicere ↄfeſſor confitẽti. Si pro qꝛ/ qꝛ ſeruus dei ſum/ qꝛ loco dei ſum: deſcendat ignis de celo id eſt ignis ſpiritusſancti deſcendat in animam tuam et deuoret te.i.veterē hoīem alias errantem:et quinquagenarios tuos.i.radices et ramos.Nunc ergo videndū eſt quō ſacerdos debet interrogare de iſtis.Si enī pctōr ꝑ ſe vel ad interrogationē ſacerdotis ꝯfiteat̄ de ſuperbia:dicēdo peccaui pctō ſuꝑbie/ſacerdos debet interrogare de mō:dicendo ꝑ quē modū fuiſti ſuperbus:·Fuiſti vnq̄ inobediēs mandatis ſuperioꝝ tuoꝝ:ſicut eccl'ie vel prelati vel parentū tuorū vel dn̄i vel mgr̄i:⁊ hoc ſcd̄m ꝯditionē perſone q̄ ſemper debet inſpici.Si dicat ꝙ ſic.interroget quibus mandatis quō/quotiens/quare:⁊ qn̄:⁊ vbi:que circunſtantie (vt dictum eſt ſupra) in oībus pctīs ſunt attēdende ⁊ conſiderāde Deinde interroget:iactaſti te vnq̄ de bonis tibi a deo collatis:·ſiue ſint bona nature:ſicut pulchritudo / fortitudo/aptitudo/nobilitas:et ſimilia.Siue ſint bona fortune/ſicut ſunt diuitie et denarii/ veſtes/ornamenta/equi/agri poſſeſſiones:⁊ ſimilia temporalia bona.Siue ſint bone gr̄e ſicut ſapiētia/loquentia/ſcia/virtutes:et ſimilia.Debet igitur confeſſor dicere fuiſti vnq̄ eleuatus in mente tua vel gloriaſti vnq̄ de fortitudine/pulchritudine/aptitudine/nobilitate/diuitiis/ſapientia/eloquentia/virtutibus et ceteris bonis tibi a deo collatis:ita ꝙ non te humiliaſti corā deo pro hmōi bonis q̄tum debuiſti:vel credidiſti habere iſta ex meritis tuis ⁊ non ex mera gr̄a dei: vel ꝓpter iſta credidiſti plus valere q̄ alii:ita ꝙ facta ⁊ dicta aliorū contēneres et dedignareris eis eſſe equalis . Si dicat ꝙ ſic:interroget quotiēs/quō/et ſic de aliis . Deinde interroget adhuc vtrū ad hoc vt cōmēdareꝛ ⁊ honorareris pre aliis/fuiſti vnq̄ ypocrita:·ita ꝙ exterius oſtenderes ſanctitatem ⁊ bonitatem:⁊ interius retineres maliciā et iniquitatem.Si dicat ꝙ ſic:interroget quotiens/quō: ⁊ ſic de aliis. Deinde interroget nunquid qr non honorabaris/vel promouebaris pre aliis mouiſti aliquando contentiones et diſcoꝛdias in ciuitate:villa ſocietate vel collegio. Si dicat ꝙ ſic:interroget ſi mala fuerunt iñ ſecuta:qꝛ ſi ſic oīm illoꝝ ipſe eſt reus. Deinde interroget nunq̄d ꝓpter ſuperbiam ne videreris ſuperari ab aliis:fuiſti pertinax in ſuſtinendo ꝯtra veritatē et iuſticiā/conſiliū tuū/et ſniam tuā et verbū tuū. Si dicat ꝙ ſic:interroget vtꝝ aliquod damnū eſt inde ſecutū:qꝛ ſi ſic ipſe tenet᷑ reparare. Deiñ interroget eū p̄ſumpſiſti vnq̄ aliquid facere qđ excederet vires tuas/ſtatū tuū/ꝛ cōditionē tuā ꝛ tuoꝝ: Si dicat ꝙ ſic interroget ſi fuerit inde aliquis leſus vel damnificatus/quia ſi ſic ipſe tenetur reparare:ꝛ ſic iſta radix peſſima ſuperbie poterit euelli de coꝛde peccatoꝛis. Eodem modo dicendum eſt de radice auaritie:qm̄ ſi peccatoꝛ per ſe vel ad interrogationē ſacerdotis confiteatur de peccato auaricie:interroget ſacerdos de modo:dicēdo. Feciſti vnq̄ fraudem vel fallaciā vel dixiſti vnq̄ mendaciū vel periurium in emendo vel commutando/vel aliquē aliū contractum faciendo. Si dicat ꝙ ſic:interroget quam fraudē vel fallaciam:ſed ipſe ſacerdos nō ſpecificet eam illi. Illud enī habendū eſt ꝓ regula gnāli:ꝙ in iſtis interrogationibꝰ ſacerdos nō debet deſcendere ad ſpecialia pctā vel ad ſpeciales circunſtantias pctōꝝ:qꝛ foꝛte multi poſt tales interrogationes delinquerent:qꝛ oſtenderentur eis modi et maneries pctōꝝ quos ipſi neſcirent cogitare:et ideo ſemper interroget in gnāli dicendo vt dictū eſt:feciſti vnq̄ fraudem fallaciam. Et ſi dicat ꝙ ſic:interroget quā et quare et quibus modis:contra quos:quotiens ꝛ quibus caſibus. Deinde interroget eū dicendo. Dimiſiſti vnq̄ ꝓpter auariciā tuā adimplere ſeptem opera mīe et ſpecificet illi ea:dicendo. Vidiſti vnq̄ eſurientē cui non dediſti manducare/et ſic de aliis operibus mīe:de quibus dicetur infra in tertia ꝑte huius opis. Si dicat ꝙ ſic:interroget eū de circunſtantia vt dictũ eſt. Circa etiam pctm̄ auaricie interroget eũ de ludo/furto/rapina/vſura: de q̄bus aliq̇d dicet᷑ infra.

¶ Circa fedisſimã radicẽ luxurie notandũ ꝙ luxurie .vij. ſunt ſpẽs. Prima eſt fornicatio. Scḋa adulteriũ. Tercia ſtuprũ. Quarta inceſtus. Quinta raptꝰ. Sexta ſacrilegiũ. Septima eſt pctm̄ ꝯtra naturã. Fornicatio eſt concubitꝰ ſoluti cum ſoluta. Adulterium eſt alterius thori violatio. Stuprũ eſt illicita ꝟginis defloratio. Inceſtus eſt affiniũ vel cõſanguineoꝝ abuſus. Raptus eſt cũ puella de domo parentũ violenter trahit᷑ vt corrupta in vxorẽ vel ꝯcubinam habeatur. Sacrilegium ꝑut hic ſumit᷑ eſt religioſoꝝ vel religioſaꝝ vel ꝓmotoꝝ ad ſacros ordines cõcubitus. Pctm̄ contra naturã fit multis modis. Uno mõ qñ nõ ſeruatur ſpẽs: ſicut qñ fit cũ iumento. Et iſtud pctm̄ vocatur beſtialitas. Et de hoc dꝛ in lege moyſi. Qui coierit cũ iumento/morte moriatur. Alio modo qñ ſeruat᷑ ſpẽs: ſed nõ ſexus: ſicut qñ maſculus cũ maſculo: vel femina cũ femina et iſtud vocat᷑ ꝓprie pctm̄ ſodomiticũ: qꝛ in iſto pctõ ſodomite laborabant: et iõ cremati fuerunt igne ſulphureo. Geñ. xix. Et alie quattuor ciuitates perierũt ꝓpter vicinitatẽ eoꝝ. de pe. di. i. Sed ⁊ continuo. Alio modo qñ non ſeruatur vas debitũ vel modus debitus/licet ſeruetur ſexus: ſicut qñ vir abutitur vaſculo mulieris/vel qñ nõ cognoſcit eam mõ naturali. Alio modo fit qñ idem eſt agens et patiens: ſicut qñ vir corrumpit ſeipſm vel mulier ſeipſam. Et vocatur iſtud pctm̄ mollicies. Unde dicit aplꝯs. Neqꝫ molles/neqꝫ maſculoꝝ concubitores regnuꝫ dei poſſidebunt. Circa ergo iſtud maledictum pctm̄ luxurie cautiſſime debet ſacerdos procedere: ita ꝙ non minus ad particularia deſcendat: qm̄ ſic frequẽter ꝯpertũ eſt tã viros ꝙ̄ mulieres per nimis expreſſam noiationẽ ⁊ interrogationẽ criminũ in pctã que nõ nouerãt incurriſſe. Uñ ſi pctõr ꝑ ſe vel ad in terrogationē ſacerdoti dicat ſe peccaſſe pctō luxurie. ſacerdos interroget eū vtꝝ ſit ſolutꝰ vel nō: ⁊ vtꝝ peccauit pctō fornicationis/vel adulterii/vel ſtupri/vel inceſtꝰ/vel raptus/vel ſacrilegii/vel pctō cōtra naturā. i. interroget eū ſi illa cū qua peccauit erat ſoluta/vidua/vel cōiugata/affinis/conſanguinea/religioſa/vel virgo: et vtꝝ habuerit per violentiā vel non: ⁊ iſtud ſufficit ſi perſona confitēs eſt intelligēs. Sed ſi eſt perſona ſimplex interroget ſacerdos vtrū agnouerit eā modo naturali: non tñ deſcendendo ad particularia. i. nō interroget an cognouerit eam ante vel retro: ⁊ ſic de aliis interrogationibus. Interroget etiā de nūero ꝑſonaꝝ. i. ſi cognouit vnā vel plures/tñ nō interroget de noībus perſonaꝝ. Interroget inſuper de numero actuum. i. an ſemel vel pluries. Interroget etiā de tempore. i. ſi tꝑe ſacro: etiā de loco et quali tētatione peccauit: et vtrū preueniēs tētationē vel preuentus ab ea: ⁊ vtrū peccauit ſponte vel coacte: ⁊ qua coactione: vtrū conditionali vel abſoluta: et vtrū peccauit ex libidine vel ex paupertate: et iſtud habet locum potiſſime in mulieribus. Et ita de multis aliis que magiſtra rerum experientia docebit eū. Sed quia iſta radix peſſima luxurie extēdit ita palmites ſuos ꝙ etiam cooperit lectos lege matrimonii coniunctos.

¶ Sciendum ꝙ maritus peccare poteſt peccato luxurie multis modis etiam mortaliter cum vxore ſua/qui modi continentur in his verſibus. Tempore/mente/loco/conditione/modo. Quinqꝫ modis peccat cum vxore maritus abutens. Tēpore. id eſt ſi in tꝑe menſtruoꝝ cognoſcat eā quia ſi ſcienter hoc faceret peccaret mortaliter. et in veteri lege mandabatur interfici. Sed quid de muliere menſtruata: nunq̄d peccat ſicut vir? Dico ꝙ ſi vir tꝑe menſtruorum petat debitum ſibi reddi ab vxore: ipſa debet ei quātum poteſt perſuadere ne petat dicendo ſe eſſe infirmam nec eſſe paratam tunc ad opus illud non tamen debet dicere ſe eſſe in paſſione illa:niſi conſtaret ei de conſtantia viri prudentia/ſeu diſcretione eius:quia ipſe poſſet tantam abominationē concipere contra eam:ꝙ dimitteret ipſam ſed ſi conſtaret ſibi de diſcretione et prudentia viri poſſet ei revelare. Et ſi ipſe nollet deſiſtere reddat ſibi cū dolore tamen et amaritudine cordis. Tempore.i.ſi vxorem cognoſcat temporibus ieiuniorum/vel diebus ſanctoꝝ/vel diebus cōmunicationis:vel tempore puerperii nō tñ credo ꝙ in iſto caſu ſit pctm̄ mortale:dū tñ non tranſgrediantur limites matrimonii ſicut dicetur ſtatim.licet ſint monendi ꝙ tempore tali abſtineant ab actu carnali. Et hoc habetur.xxxiii.q.iiii.Sciatis.et capitulo ſequenti. Mente.i.intentione. Poteſt enim vir accedere ad mulierē tribus modis. Uno modo vt generet ex ea prolem que ſit ad dei ſervitium et cultum. Alio mō vt reddat debitum quod ab ea exigitur. Et ſi eam tali mente ad eam accedat/non peccat mortaliter nec venialiter:immo meretur/dummodo nihil aliud cōmitteret ibi. Alio modo cā concupiſcentie carnis. Et talis ſi cōcupiſcentia maneat infra limites matrimonii.ſ.ꝙ nullo modo accederet ad eam niſi eſſet vxor ſua eſt ſolam pctm̄ veniale. Si autē iſta concupiſcentia tranſgrediatur limites matrimonii:ita ſcz ꝙ non accederet ad eam tanꝗ̄ ad vxorem:ſed ſicut ad mulierē:ita ꝙ ſi haberet aliam in promptu ita bene accederet ad eā:iam eſt peccatum mortale. Loco/id eſt cognoſcat eam in eccleſia vel in cymiterio:vl' in alio ſacro loco. Et in iſto caſu credo ꝙ vterq̄ peccat mortaliter. Conditione/id eſt ſi cognoſcat eam conditione inhoneſta vel etiā illicita:ſicut viſū fuit ſupra quando agebatur de matrimonio. Modo id eſt ſi vir eā cognoſcat contra inſtitutū modū a natura:ꝫ illud eſt graviſſimū pctm̄ in vxore. vñ ſcḋm ꝙ dicit Aug. Uſus qui eſt cōtra naturā execrabiliter fit in meretrice: ſed execrabilius fit in vxoꝛe.xxxii.q.v. Adulterii. Scōm iſta ergo poterit ſacerdos foꝛmare interrogationes ſuas de pctō luxurie circa virū ⁊ vxoꝛē: ſaluo tn̄ ꝙ nō deſcendet ad particularia

¶ Circa peccatū ire ſi peccatoꝛ ꝑ ſe vel ad interrogationem ſacerdotis de eo confiteaꝶ de eo poterit ſacerdos interrogare ꝓpter irā dixiſti blaſphemiū de deo vel de ſctis eiꝰ Si dicat ꝙ ſic: interroget eū quō/quotiēs/quare: et ſic de aliis. Deinde interroget dixiſti vnꝗ̄ pꝛopter iram verba cōtumelioſa primo? Si dicat ꝙ ſic: interroget q̄ v̄ba quare/quotiēs/vbi/⁊ coꝛā quibꝰ. Interroget etiā ſi fuerit iniuriatus pꝛoximo.ſ. aliquē per iram ꝑcutiendo/vel verberando. Si dicat ꝙ ſic: interroget quis erat/⁊ ſi erat clericꝰ vel laicus/religioſus/vel ſecularis/⁊ vbi: ⁊ quare: et ſic de aliis circunſtantiis perſone. Interroget etiam quotiens iterauit iniurias: ⁊ vbi: ⁊ quare. ⁊c̄.

¶ Circa peccatū gule. Si peccatoꝛ per ſe vel ad interrogationē ſacerdotis confiteatur de eo interroget ſi pꝛopter gulam fregerit vnꝗ̄ ieiuniū eccl̄ie/vel ſi comederit carnes in eis/ et quare et quotiens/et ſi inebꝛiauit ſe/et ſi habeat conſuetudinē ꝙ inebꝛiet ſe/et ſi ꝓpter inebꝛietatem dixit verba ſcurrilia inhoneſtā/vel iniurioſa/et quotiens/et quibus dixit. ⁊c̄.

¶ Et nota ꝙ ſcōm quod dicit beatus Grego. Quinqꝫ modis peccat homo ꝑ gulam q̄ modi continentur in his verſibus. Certū ſtat ꝙ quinqꝫ modis gula damnat edentem Dū nimiū comedit comedendi pꝛeuenit hoꝛā. Querit delicias: parat eſcas delicioſe. Aut ſumit auide quod nō erat delicioſum. Nota ꝙ multum comedere aut ratione complexionis vel etatis/vel laboꝛis non eſt pctm̄/dū tn̄ nō ſtudio vel ardoꝛe vel auiditate ſumatur. Item pꝛecioſitas ciboꝛum moderata: maxime in diuitibus qui talibus vti ſolent/non eſt peccatum: dum tamen non nimis auide ſu mātur nec obſtet ſtatus ſuus. Et quia facta eſt mentio de ebrietate. Notādū ꝙ ebrietas dr̃ tribus modis. Uno mō dicitur plenaria mentis obliuio. ⁊ ita non eſt pctm̄. xv. q. i. Sane. Scd̃o modo dr̃ ebrietas frequēs actio bibendi. Et hec vt ait aug. eſt peccatum veniale: niſi ſit aſſidua: qꝛ tūc eſt peccatū moꝛtale: maxime ſi nouit vires vini ⁊ nō vult apponere aquam. xxv. di. Criminis. Tercio modo dicitur ebrietas quedam diſpoſitio et ſtudium ad inebriandum: et ita ſemper eſt pctm̄ moꝛtale. xxxv. q. i. c. Ante omnia.

¶ Circa peccatum inuidie. ſi peccatoꝛ per ſe vel ad interrogationem ſacerdotis confiteatur de eo interroget eum ſacerdos ſi placuit ei dānū vel malum proximi: ⁊ ſi bonū vel commodū ſibi diſplicuit ei: ⁊ ſi ex inuidia detraxit vn= ꝙ ſuo proximo falſum crimen ei imponendo / vel bonum ꝗd in eo erat diminuendo: vel occultando: vel quod in eo erat augmentando/ vel illis qui non nouerant manifeſtādo. Itē quotiens fecerit iſta et quare: et ſic de aliis circunſtantiis. Item ſi poꝛtat odium vel rancoꝛem vel malam volantatem contra proximū ſuum/ ⁊ quare: et ſic de aliis

¶ Circa accidiam interroget ſacerdos ſi potuit peccatoꝛ multa bona facere que non fecit/ dicere que nō dixit/ cogitare que non cogitauit/ et multa mala vitare que non vitauit. Item ſi ex negligētia obmiſit ire ad miſſam/ ad ſer= monem: et ad alia bona opera. Scd̃m ergo iſtam doctrinā ſacerdos poterit foꝛmare interrogationes ſuas: et in iſtis vnctio quam accepit a deo: et experientia magis docebit ꝙ aliqua electio. Uer̄ qm̄ iuxta varietatē ꝯfitentiū ſacerdos debet variare interrogationes/ vn̄ ſi confitens ſit religioſus interroget de tribus votis regule. ſ. de obediētia de paupertate et caſtitate. Interrogetur etiam de regu: laribus obſeruantiis: et potiſſime de abuſionibus clauſtri quibus frequēter ſtat⁹ religioſoꝝ coꝛrūpitur ꝗ ſunt duo:

decem: ſcilicet prelatus negligens/ diſcipulus inobediens/ iuuenis ocioſus/ ſenex obſtinatus/ monachus curialis: monachus ſeu canonicus regularis/ cauſidicus/ habitus preciſus/ cibus exquiſitus/ rumor in clauſtro/ lis in capitulo/ diſſolutio in choro/ irreuerētia circa altare. Et ſcd̄m illas et ſcd̄m etiā alias obſeruantias regulares debet formare interrogationes. Circa etiā clericos ſecl'ares ſunt faciēde interrogationes de ſymonia/ de negociatione/ ⁊ aliis que pertinēt ad ſymoniā ⁊ auaritiā. Et ſi habeāt adminiſtrationē vel officiū ſiue bn̄ficiū: interroget de dilapidatione bonoꝝ vel ſi expenderint in malos vſus bona eccl'ie. Item vtrū interfuerint diuinis officiis ⁊ horis canonicis/ vtrū portāt coronā ⁊ habitū ꝯgruentē. Itē ſi dicāt integre ⁊ ꝑfecte diuinū officiū. Itē interroget de luxuria/ de venatione/ de irregularitate/ de ludo aleaꝝ: ⁊ ſīlibus in ꝗbus ſolent ſepius peccare. Circa principes ſunt faciende interrogationes de iuſticia. Circa milites/ de rapina. Circa mercatores et alios officiales mechanicas artes exercentes / de fraude et dolo/ de mendacio et periurio. Circa burgenſes ⁊ ciues cōiter de vſuris ⁊ pignoribus. Circa ruſticos ⁊ agricolas/ de inuidia et furto: maxime circa decimas/ p̄micias/ tributa/ ⁊ cenſus. Vn̄ notandū ꝙ lꝫ forma gn̄alis ſupra poſita ſit obſeruāda in oībus: tn̄ ſcd̄m diuerſitatē perſonaꝝ et officioꝝ ſtudioſius ⁊ ſpecialibus eſt circa ſpecialia crimina inſiſtendū. Factis ipſis interrogationibus ſi confitēs ſit perſona ſimplex interroget eū ſacerdos ſi ſciat Pater nr̄. Aue maria. Credo in deū. Et ſi ſciat ſe ſignare: ⁊ ſi neſciat inſtruat eum vel moneat vt adiſcat. Deinde interroget ſi tētetur aliqua tētatione/ et qua et quomodo ſe habeat in reſiſtendo: et doceat eum modum. Si enim tentetur de ſuperbia/ cogitet de hūilitate filii dei qua humiliauit ſemet ipſum factus obediēs vſqꝫ ad mortem. Cogitet etiā de ca ſu dyaboli: qui propter ſuperbiam ſuã cecidit de paradiſo in infernũ: ⁊ de angelo factus eſt dyabolus. Si tentetur de auaricia: cogitet de breuitate vite inſtabilitate et vanitate mundi ⁊ ꝙ nichil hinc portabit ſecũ de diuitiis ſuis. Si tentet̃ de luxuria: cogitet de morte et qualis erit poſt mortem. Vñ nõ melius poterit hõis caro viua domari: ꝙ̃ qualis fuerit hec mortua premeditari. Cogitet etiã de penis inferni ⁊ gaudiis paradiſi: hec ⁊ multa alia dꝫ ei oſñdere ⁊ dicere. Hoc facto recolligat ⁊ repetat in gñali confeſſionẽ dicẽs. Amice tu fuiſti confeſſus pctã iſta: et oſñdat ei grauitatẽ pctõꝝ eũ dure increpãdo ⁊ inducẽdo ad lachrymas cõpunctionẽ ⁊ cõtritionẽ. Et ad hoc multũ valet ſi ſacerdos oſñdat vultũ doloroſuꝫ ⁊ lachrymabilẽ pctõri. Sicut legit̃ de ſctõ ambro. ꝙ qñ aliq̃s ei confitebat̃ ſuũ lapſuꝫ: ita amare flebat: ⁊ ꝯfitentẽ ꝗ̃tumcũqꝫ obſtinatũ ad fletũ ⁊ lachrymas prouocabat. Sic etiam debet facere ſacerdos vt ſic pctõr verecũdia ductus ad lachrymas inuitet̃ vt lachryme admonentis excitent lachrymas penitentis: ideo ſummopere caueat ſacerdos ꝙ ne adulet̃ in confeſſione: immo ꝗ̃tumcũqꝫ ſit magna ꝑſona ⁊ reuerẽda increpet ⁊ corrigat eam dure: caueat tñ ꝙ ne nimis exaſperet/ vel ꝙ non ſit nimis durus in verbo. Sed ſi pctõr vult bñ penitere: ꝓmittat ei vitam eternã ⁊ veniã de pctis: ita ꝙ pctõr ſemper recedat cõſolatus ab eo. Iſtis rite peractis faciat ſibi dicere confeſſionẽ gñalem/ monens ꝙ ſi recordet̃ de aliquo pctõ reuertatur ad confeſſionem. Et ſic impoſita ei pnĩa abſoluat eum in nõie dñi: ita tñ ꝙ ſi ſit excõicatus excõicatione maiori nullo modo eũ abſoluat donec ſit ab illa excõicatione abſolutꝰ. Sꝫ ſcdm cõem doctrinã quilibet curatꝰ habẽs curam animaꝝ poteſt abſoluere a minori excõicatione: idẽ anteꝗ̃ abſoluat eum a pctis: abſoluat eum ab illa minori excõicatione dicens. Auctoritate dei michi commiſſa abſol

no te a vinculo minoꝛis excōicationis/ſi quam incurriſti
per participationē excōicatoꝝ/et poſtea abſoluat eum de
peccatis confeſſis et oblitis. Sed pone curatus habet ali-
quos porrochianos ſurdos vel cecos/ vel furioſos/vel de
moniacos:ꝛ foꝛte ſcit eſſe iſtos in pctō moꝛtali/quid faciet
de iſtis? Si eñi moneat ad pniam/non pꝛodeſt/qꝛ non ad
dit/ſi mutum non poteſt confiteri/cecus nō poteſt videre
ſignū/nec etiā poteſt legere:ſicut nec mutus furioſus non
eſt capax rationis:nec etiā demoniacus. Dico ꝙ ſacerdos
debet facere debitū ſuum:vt eos inducat ad contritionē:
pniam:ꝛ cōpunctionem ſcdm ꝙ eſt ei poſſibile. ſ. verbis vel
ſcriptis:vel nutibus/vel ſignis ꝛ oībus aliis modis quibꝰ
poterit:et ſi nō poteſt/oꝛet deū et faciat oꝛare pplm ſuum
vt deus illuſtret coꝛda eoꝝ ad pniam/et ſi nichil omiſerit
de contingentibus nō imputat ſibi. Quō aūt ſe debeat ha
bere ſacerdos ad infirmū qui amiſit loquelam/et nō pōt
ꝯfiteri/vide ꝫ in pꝛia pte tractatus de euchariſtia.ca.ix.

¶ Ca. x. De poteſtate clauium.

Quia ſupꝛa dictum eſt cum ageretur de pnīa peccatā
in contritione dimitti) dubium exiſtit qd dimittit ſa
cerdos virtute clauiū in abſolutione cū non dimittat cul-
pā:qꝛ illa vt dictū eſt dimittit in cōtritione/nec penā/qꝛ
adhuc poſtq̄ penitens eſt abſolutus remanet obligatꝰ ad
penā. Circa iſtā materiā iſtud mihi videt eſſe dicendū. Il
le eñi qui accedit ad confeſſionē aut eſt ꝑfecte contritus
aut nō:ſi ſit ꝑfecte cōtritꝰ/tūc deus virtute cōtritionis re
mittit ſibi pctā/teſte ezechi.qui dicit in ꝑſona dei. Quacū
q̄ hoꝛa ingemuerit pctōꝛ oīm iniq̄tatū ſuaꝝ nō recoꝛda-
boꝛ:ita ꝙ anq̄ accedat ad confeſſionē mundatus eſt a cul
pa. Si aūt nō eſt perfecte ꝯtritus/tūc virtute confeſſionis
iſta imperfecta cōtritio reducit ad perfectā:ita ꝙ de attri-
to fit virtute confeſſionis ꝯtritus:ꝛ ſic virtute confeſſionis

remittūtur pctā quo ad culpam. ¶ Notādum tñ ꝙ qñ dr̄ in confeſſione vel contritione pctā dimitti intelligenduʒ eſt deum dimittere pctm̄: nō ꝯtritionē vel confeſſionē. vñ Ambꝛo. et ponitur de pe. di. i. Verbuʒ dei pctā dimittit. Et aug. et ponitur de cōſe. di. iiii. Nemo tollit pctm̄ niſi ſolus xp̄s qui eſt agnus tollens pctā mundi. Tollit autē dimittendo pctā que facta ſunt: ⁊ adiuuando ne fiant/ ⁊ ꝑducendo ad vitā/ vbi pctā fieri nō pñt. Qd̄ aūt dr̄ ſolus xp̄s non excludit prēm nec ſpm̄ ſctm̄: cum indiuiſa ſunt opera trinitatis. Et iſtud verū eſt q̄tum ad opera que ſunt ad extra Quid ergo faciūt ibi claues vel abſolutio ſacerdotis? Dicendum ſcd̄m aliquos ꝙ deus mūdat aīam in contritione a macula culpe/ et ſacerdos abſoluit eam a vinculo pene eterne. Fateoꝛ ꝙ nō intelligo iſtos/ qꝛ nō video ꝙ aliquis poſtq̄ mundatus eſt a macula culpe moꝛtalis ſit obligatꝰ pene eterne: cum iſta pena non debeatur niſi culpe vel peccato moꝛtali. Si igit̄ deus mūdat aīam in ꝯtritione a culpa moꝛtali: per ꝯñs abſoluit eam a vinculo pene eterne. Et ideo dicūt alii ꝙ q̄uis pctm̄ in contritione dimittat̄ q̄tuʒ ad culpā ⁊ q̄tum ad reatū pene eterne: tñ pctōꝛ adhuc remanet obligatꝰ ad duo. ſ. ad confitendū pctm̄ ⁊ ad aliquā ſatiſfactionē ꝓ pctō faciendā. Et ideo ſacerdos virtute clauium abſoluit iſtū a vinculo quo tenebatur ad confeſſionem/ ⁊ ligat eū ad ſatiſfactionē: et ſic dicit̄ ſacerdos virtute clauiū ſoluere et ligare: q̄uis veꝝ ſit ꝙ pctōꝛ ſit obligatus ad illa duo/ non tñ videtur ꝙ ſcd̄m iſtā viaʒ verba foꝛme ſacramentalis abſolutionis poſſint bene verificari: nam dicit ſacerdos. Abſoluo te a pctis: ⁊ nō abſoluo te a cōfeſſione: ergo ſcd̄m iſtā viā oꝫ ꝙ abſoluat aliquo mō a peccatis. Et ideo dicūt aliqui ꝙ pctōꝛ nō ſolū ꝑ pctm̄ obligat̄ deo quē offendit. ſed etiam eccleſie cui ſe peccando abſtraxit. Et ideo q̄uis in cōtritione reconſilietur deo: tamē remānet adhuc reconſiliandus eccl'ie in faciēda confeſſione illi qui eſt rector eccleſie. Et licet iſtud ſit veꝝ: nō tñ videtur ſufficere: cū claues nō ſolum ſe extendant ad ſoluendū ⁊ ligandū in terris: immo ⁊ in celo dicēte xp̄o. Quodcūqȝ ligaueris ſuper ter. ⁊c̄. Et ideo dicūt aliqui ꝙ ſacerdos virtute clauiū nō facit aliq̄d niſi oſtēſiue. Vñ dicūt ꝙ abſoluit. i. abſolutum oñdit. Vñ q̄ñ dicit abſoluo te. i. abſolutū oſtendo te. Et iſti videntur dictū ſuum fundare in auctoritate Ambro. dicentis. Sacerdos quidē officiū ſuū exhibet: ſed nullius ptātis iura exercet. Sed dictum iſtorum paꝝ videt᷑ attribuere clauibus. Et verbum Ambro. intelligendū eſt ꝙ ſacerdos nullius ptātis iura exercet auctoritatiue: ſed miniſterialiter bñ. Et ideo dicūt alii ꝙ ſacerdos virtute clauiū abſoluit a culpa ſi inuenit eam: dummō cōfitens nō ponat obicem et abſoluit a pena purgatorii cui pctōr erat obligatus nō eā relaxādo: ſed eā cōmutando in penā tp̄alem vel corporalem: ⁊ hoc ſub ꝯditione. ſ. ſi implet iniunctā pniam: ita ꝙ ſi iniuncta pnia ſit condigna: abſoluitur a tota pena purgatorii / et ſi non eſt condigna: non abſoluitur a tota pena purgatorii: ſed a tanta ⁊ iō ſi moriatur expleta pnia condigna: non punietur in purgatorio. Si aūt pnia nō fuerit cōdigna / vel ſi fuerit condigna nō tñ compleuit eam in vita ſua: complebit eam in purgatorio: et iſta opinio videtur mihi rationabilis. Alii dicunt ꝙ cū omne mortale pctm̄ ſit offenſiuū diuine bonitati que eſt infinita / pena debita pctō mortali eſt infinita / ⁊ per conſequēs eſt viribus noſtris improportionabilis / virtute aūt clauiū fit nobis ꝓportionabilis inq̄ntum virtute clauium confitenti cōicatur paſſio xp̄i que dat efficaciam ſacramētis oībus: ⁊ que fuit ſufficiēs ad ſatiſfaciendū pro pctīs totius mundi / vñ ſcđm hanc viā virtus clauiū eſt ꝙ virtute earum communicatur confitenti paſſio xp̄i / in cuius vir-

tatē poteſt ſatiſfacere pꝛo peccatis quod non faciebat an
te/ vnde credo ꝙ vnum pater noſter impoſitum pꝛo peni:
tentia a ſacerdote/ efficatius eſt ad ſatiſfaciēdum pꝛo pec:
catis: ꝙ̄ ſi aliquis diceret centummilia per ſemetipſum: qꝛ
illud habet meritum a paſſione xp̄i/ illa vero a merito di:
centis. Et iſta opinio eſt multum rationabilis.

¶ Ca. xii. De ſigillo confeſſionis.

SIgillum ꝯfeſſionis dꝫ eſſe ſecretū: qꝛ nullo mō/ nullo
pacto/ ꝓ nulla re dꝫ frangi: immo ſacerdos ſuſtinere
debet ꝗ̄tamcūqꝫ penā anteꝗ̄ reuelaret confeſſionē/ nec ver
bo/ nec ſcripto/ nec nutu vel ſigno. Et de hoc ſigillo đt gre.
et habeť de pe. di. vi. c. Sacerď. vbi dꝫ ſic. Sacerdos autē
omnino caueat ne de his que ei confitētur pctā alicui reue
let que confeſſus eſt ei/ nō ꝓpinꝗs neqꝫ extraneis/ neqꝫ (qđ
abſit) ꝓ ſcādalo aliquo: nā ſi hoc fecerit deponatur: ⁊ oībus
diebus vite ſue ignominioſus peregrinādo vadat. Itē de
pe. ⁊ re. c. Oīs vtriuſqꝫ ſexus. Caueat oīs ſacerdos ne vb
vel ſigno aut alio quouis mō ꝓdat aliquatenus pctōꝛem
ſed ſi pꝛudētioꝛi conſilio indiget/ illud caute abſqꝫ vlla e
pꝛeſſione requirat: qm̄ q̄ in pniali iudicio pctm̄ ſibi detectū re
uelare pꝛeſumpſerit: nō ſolū ſacerdotali officio deponēdū
decreuim⁹: verūetiā ad agendū pniam in arcto monaſte:
rio perpetuo detrudendū: ita ꝙ in decretali iſta inſtrui
confeſſoꝛ de hoc qđ facere debeat/ ⁊ a quo cauere debeat.
Si eni ſacerdoti in confeſſione occurrat caſus ſuꝑ quo nō
poſſit bn̄ ꝯſulere penitentē: debet ſuꝑ hoc ꝯſulere peritioꝛem
ſe vt videat qđ agere debeat. Sub q̄ aūt foꝛma reuelabi
iſti perito pctm̄ qđ alter confeſſus eſt ſibi. Credo ꝙ ſub iſta
foꝛma. Si talis caſus accideret qđ faciendū eſſet. vel ſi ali
quis confiteret̄ de tali pctō: qđ ſibi eſſet conſulendū? Non
aūt dꝫ dicere vt credo. Ego audiui iſtud in ꝯfeſſione: qꝛ di
cendo ſic/ ipē mentiret̄: qm̄ ipē non audiuit vt ipſe: ſed vi

vicarius ⁊ locūtenens dei. Et multominꝰ debet dicere ꝗdā cōfeſſus eſt michi: qꝛ dicēdo ſic in gn̄ali ⁊ implicite reuelat confeſſionē/⁊ etiā mentit̄: qꝛ confeſſio fuit facta deo ⁊ nō ſibi: niſi vt locūtenēti dei. Sed pone ſacerdos ſup crimē qđ audiuit in cōfeſſione inducit̄ in teſtē cōpellit̄ iurare quid faciet? Si dicat ⁊ ꝙ reuelet ꝯfeſſionē/puniet̄: ſi negat periurat. Dico ꝙ ſi ſolum ſciat per cōfeſſionē: debet iurare ſe nihil ſcire de iſta materia ſup q̄ interrogat̄ nec periurat/ qꝛ ipſe inde nihil ſcit: eſto enī ꝙ ſciat illud crimē fuiſſe ſibi confeſſum: neſcit tn̄ vtrū confitens in confitendo dixerit verū vel falſum: ⁊ ideo pōt vere dicere ſe nihil ſcire. Sed quid iudex erit cauilloſus et interrogabit per iuramentū vtꝝ audierit aliquid de crimine de quo agitur. Dicendū ꝙ iuramentū non ligat eū ad dicendū aliquid in iſta materia: cū iuramentū nō fuerit inuentuꝫ vt eſſet vinculum iniq̄tatis. ex. de iura. c. Quinta vallis. In nullo qđ ſit ꝯtra mandatū dei eſt obligatoriū iuramentū. Vn̄ cū reuelare ꝯfeſſionē ſit extra mandatū dei. ſ. ꝯtra illud. Nō falſū teſtimoniū dices: nullum eſt iuramentū ad hoc obligatorium Vn̄ talis pōt licite iurare ſe nihil audiuiſſe: ⁊ intelligat ꝙ nihil audiuit vt homo/vel per modū ꝙ debeat teſtificari. Ulterius pone ꝙ ſacerdos ſciat per ꝯfeſſionē aliquē hereticū in parrochia ſua vel alibi/qui alios filos inducit ad hereſim: qđ faciet iſte ſacerdos? Ray. in ſumma ſua videt̄ dicere in iſto caſu confeſſionē poſſe reuelari. Et rō ſua eſt. qꝛ nō ſeruat fidē eccleſie/cū ſit hereticꝰ ⁊ infidelis: ideo fides non eſt ei ſeruanda. xxiiii. q. i. Noli. Salua tn̄ reuerentia eius: videtur magis conſona veritati alia opinio quē etiā ipſe Ray. recitat. ſ. ꝙ ſacerdos nō debet reuelare confeſſionē ipſius ſed debet ire ad ep̄m vel inq̄ſitorē ⁊ dicere. Cuſtodi ⁊ vigilani ſup oues tuas lupus eſt in grege tuo. Et qđ dicit Ray. ꝙ cū iſte nō eſt fidelis fides nō eſt ei ſeruanda;

Dico ꝙ reuelando cõfeſſionē fides nõ frangit hoi: ſed de
qui eſt fidelis in oibus viis ſuis. Sed nunquid põt confi-
tens licẽtiare confeſſorē ꝙ dicat illa que dicit ei in ꝯfeſſio
ne? Dico ꝙ confitens bene põt facere ꝙ illa que confeſſo
ſcit vt deus: ſciat vt homo: dicendo. ſ. ei extra confeſſionē:
que idē dixit in confeſſione: ⁊ ſic cõfeſſor poterit illa dicen
ex quo audiuit vt homo extra confeſſionē. Sed nunquid
ſufficit ꝙ cõfitẽs dicat confeſſori dicẽdo. Ego do tibi licen
tiam dicendi ea que dixi in confeſſione vel opꝫ ꝙ replica
ſibi oĩa extra confeſſionē. Aliqui doctores dicũt ꝙ ſuffici
vt licentiat confeſſorē: tñ durandus in quarto ſuo dicit ꝙ
nõ immo tenet oĩa replicare ſibi extra confeſſionē. Et ra
tio ſua que occurrit eſt/quia in his que ſunt de neceſſita
ſacri nullus poteſt diſpenſare nec papa de quo magis vi
deretur: ſed tenere ſecretũ eſt de neceſſitate confeſſioni
ſacramentalis vt ꝓbat diffuſe: ergo nullus poteſt contra
hoc diſpenſare: et per ꝯñs nullus poteſt licentiare ꝙ illa
per eum dicantur in confeſſione reuelentur. Ideo ad ho
ꝙ reuelentur opꝫ ꝙ ſciantur aliter ꝙ̃ per confeſſionē. E
ex his patet ꝙ ſi quis ſciat aliquid per confeſſionē ⁊ extra
confeſſionē poteſt illud reuelare et teſtificari ſuper illo e
dem modo quo ſcit extra confeſſionē. Nota per ſigillum c
feſſionis directe et principaliter reſpicit peccata: vt pate
ex preallegato decre. Omnis vtriuſqꝫ ſexus. vbi dr̃. Cau
at omnis ſacerdos ne verbo aut ſigno aut quouis alio mo
do peccata prodat/ex ꝯñti tñ ex quadam congruitate reſp
cit alia. Et hec de confeſſione ſufficiant.

¶ Tractatus quartus ſcd̃e partis principalis de ſatiſfactione habens ſex capitula principalia.

Expeditis per dei grãm duabus ꝑtibus pñie. ſ. de ꝯtritione et confeſſione: de tercia. ſ. de ſatiſfactione agendum. Circa quã notanda ſunt ſex. Primo quid eſt tiſfactio et in quibus. Scḋo de elemoſyna que eſt pꝛima pars ſatiſfactionis. Tercio de ieiunio q̄ eſt ſcḋa ꝑs. Quarto de oꝛatione que eſt tercia pars. Quinta de menſura ſatiſfactionis ſcꝫ que pertinentia eſt imponenda ꝓ vnoquoqꝫ peccato. Sexto vtrū vnus poteſt ſatiſfacere pꝛo alio.

¶ Ca.i. Quid eſt ſatiſfactio.

SAtiſfactio ſcḋm grego. eſt pctōꝝ cauſas excidere et eaꝝ ſuggeſtionibus aditū nō indulgere: ita ꝙ in iſta diffinitione tāgunt duo q̄ dn̄t eſſe in oī ſatiſfactiōe: ſi enī bona ⁊ cōpleta medicina dꝫ eſſe curatiua infirmitatis pꝛeterite: ⁊ pꝛeſeruatiua reſpectu future. ita et ſatiſfactio debet eſſe remedium pc̄ti pꝛeteriti: ⁊ cautela reſpectu futuri Pꝛimū tangit cū dꝛ pctōꝝ cās excidere. Scḋm cū dꝛ eaꝝ ſuggeſtionibus aditū non indulgere. Dꝫ etiā medicina ſi ſit conueniens debet eſſe appꝛopꝛiata infirmitati/ ⁊ oꝛdinari directe ꝯtra infirmitatē (teſte beato hiero.) qui dicit. Medicina cuiꝫ moꝛbo eſt adhibenda: nō enī ſanat oculaꝫ qḋ ſanat calcaneū. et ſcḋm qḋ dt ioh. in pꝛia canonica ſua Oīe qḋ eſt in mūdo/ aut eſt cōcupiſcentia carnis/ aut ꝯcupiſcētia oculoꝝ, aut ſupbia vite. Et vult dicere ꝙ tres ſūt radices oīm pctōꝝ. ſ. auaricia q̄ dat intelligi ꝑ hoc ꝙ dr̄ cōcupiſcētia oculoꝝ. Luxuria q̄ datur intelligi ꝑ hoc ꝙ dꝛ cōcupiſcentia carnis. Et ſupbia ꝑ hoc ꝙ dr̄ ſupbia vite. Idcirco cōtra iſtas tres radices pctōꝝ oꝛdinantur tres partes ſatiſfactionis. ſ. elemoſyna/ que oꝛdinat contra auariciam/ ieiuniū contra luxuriā/ oꝛatio contra ſuperbiā. Et ſic ſunt tres partes ſatiſfactionis. ſ. elemoſyna/ ieiunium et oꝛō. Et de his tribus partibus per oꝛdinē eſt agendum

¶ Ca.ii. De elemoſyna ꝙ hꝫ ſub ſe .iiii. parua ca.

LIcet multa et varia ac diuerſa de virtute elemoſyne ſint a doctoꝛibus ſctis ſcripta tñ oīa ſctūs thobias bꝛeui ſermone cōpꝛehendit dicēs. Elemoſyna a moꝛte et pctõ liberat aĩam: ⁊ nõ patietur eam ire in tenebꝛas. Elemoſyna eſt triplex. Pꝛima conſiſtit in coꝛdis ꝯtritione q̃ñ ſcꝫ aliq̃s ſe offert ſacrificiũ deo. De quo ptꝫ in pſal. Sacrificium deo ſpũs contribulatus coꝛ contritũ. ⁊ de elemoſyna iſta dicit ſa. Miſerere aĩe tue placẽs deo: ⁊ elemoſyna ſic dicta nõ eſt pars ſatiſfactionis: immo eſt pars integralis ꝯtritionis ꝯdiuiſa ſatiſfactione pꝛout dicetur q̃ penitẽtie tres ſunt partes. ſ. ꝯtritio/ ꝯfeſſio/ ⁊ ſatiſfactio. Alia eſt elemoſyna que conſiſtit in cõpaſſione pꝛoximi in qua compatimur aliis miſeriis ſicut noſtris: ⁊ de iſta dicit iob. Ab initio conualuit mecũ miſeratio: ⁊ ab vtero m̃ris egreſſa eſt mecum. Tercia conſiſtit in largitione manuali: q̃ñ ſcꝫ aliquis exhibet indigenti aliquod tpale ſubſidiũ ꝓpter deum. Et de iſta intendimus hic. Et de hac dĩt ſaluatoꝛ in luca. Date elemoſynam ⁊ ecce oĩa mũda ſunt vobis. Et ambꝛo. Paſce fame moꝛiẽtem: ⁊ niſi paueris occidiſti. lxxxv. di. Et ſub iſta elemoſyna continentur ſeptẽ opera mĩe de quibus dicetur in tercia particula. Sed q̃ntum ad nũc circa elemoſynam cõſiderãda ſunt quattuoꝛ. Pꝛimo de quibus debet fieri. Secundo quis poteſt eam facere. Tercio cui debet fieri. Quarto quomodo fiet.

¶ Pꝛimum conſideratum circa elemoſynã ſcilicet de quibus debet fieri elemoſyna.

OMiſſa illa diſtinctione de neceſſario ⁊ ſuꝑfluo: dicendum q̃ in hoc concoꝛdant cõiter oĩes doctoꝛes q̃ nec de alieno/ nec de illicite acquiſitis debet fieri elemoſyna. vnde thobias oſtendẽs filio ſuo de quo faciendũ eſſet elemoſyna dixit. Honoꝛa deũ de tua ſubſtantia. Dicit de tua et non aliena. Et grego. Non eſt putanda elemoſyna ſi pauperibus diſpenſetur qđ ex illicitis rebus acquiritur. Nota tñ circa hoc q̃ illicite acquiſitũ põt eſſe tribus modis. Sũt enĩ illicita acquiſita in quibus non transfertur dñium in accipientem: vt in rapina ⁊ furto. Sunt et alia in quibus transfertur dominium: ſed tamẽ competit repetitio: vt in vſura ⁊ ſymonia: ⁊ in iſtis caſibus nõ poteſt fieri elemoſyna. Sunt alii in ꝗbus transfertur dñium/ ⁊ nõ ꝯpetit repetitio: vt in pecunia ⁊ in aliis rebus acquiſitis ex hyſtꝛionatu ⁊ meretricio. In duabus pꝛimis q̄ñ nõ transfertur dñium: vel ſi trãſfertur ꝯpetit repetitio: nõ põt fieri elemoſyna: ſed debet reſtitui iuxta modũ qui ponetur infra: vñ de rebus acquiſitis furto/ rapina/ vſura/ ⁊ ſymonia: non põt fieri elemoſyna. In tercio aũt caſu ſcꝫ cũ transfertur dñium ⁊ nõ cõpetit repetitio ſicut in acquiſitis ex hyſtꝛiatu vel meretricio: de iſtis põt fieri elemoſyna. Et hanc diſt: pꝛobat ambꝛo.xiiii.di.q.v. Sane in fine. Sed nũquid de his que acquirunt in ludo alee vel taxilloꝛũ vel quocũqꝫ alio ludo põt elemoſyna fieri? Dicendũ ꝙ q̄ñ loquoꝛ de ludo nõ intelligo de ludo ꝗ fit cauſa ſolatii: vel recreationis/ qꝛ talis ludus eſt licitus dũmodo ſit honeſtus ac debitꝭ circũſtantiis inueſtigatus: ſed intelligo de ludo ꝗ fit cupiditatis cauſa ꝗ omnino eſt ſemꝑ illicitus/ ⁊ in eo cõcurrunt pctã multa. Pꝛimo eni ibi eſt deſideriũ lucrandi: ecce cupiditas que eſt radix oĩm maloꝝ. Scḋo eſt ibi voluntas ſpoliandi pꝛoximũ: ecce rapina. Tercio eſt ibi vſura maxima ſcꝫ.xi. ꝑ.x. nõ ſolũ in anno vel in menſe: ſed in eodẽ die. Quarto multiplicantur ibi mendatia ⁊ verba ocioſa ⁊ vana. Quinto eſt ibi blaſphemia: ecce hereſis. Sexto eſt ibi multiplex coꝛruptio pꝛimoꝝ qui ludũ aſpiciũt. Septimo eſt ibi ſcandalum bonoꝝ. Octauo eſt ibi contemptus pꝛohibitionis ſancte matris eccleſie. Nono eſt ibi omiſſio tempoꝛis aliorum bonoꝛum/ que in illo tempoꝛe tenetur homo facere. Ex quibus pꝫ ꝙ̄tum peccant qui talibus ludis vacant. Et de pena clericoꝛũ qui talibus ludis vacant legitur in canonibus apoſtoloꝛum ſic. Si epiſcopus pꝛeſbyter dyaconus alee aut ebꝛietati deſeruiens/aut deſinat/aut damnetur certe. Subdyaconus aūt lectoꝛ aut cantoꝛ ſilia faciēs/aut deſinat aut cōione pꝛiuetur. Patet ergo ꝙ illud quod in tali ludo acquiritur: illicite acquiritur. Sed nunquid poteſt repeti? Dicunt aliqui doctoꝛes ꝙ non: ſed ille qui lucratus eſt debet illud erogare pauperibus. argu. xiiii. q. v. Non ſane. Cum eni turpitudo verſat̄/ex parte vtriuſqꝫ melioꝛ eſt conditio occupantis ſeu poſſidentis. Alii dicunt et fere oēs canoniſte ꝙ poteſt repeti. Et pꝛobatur. ff. De aleatoꝛibus/lege vltima in fine. Et dicit greca conſtitutio ꝙ vſqꝫ quinquaginta annos poſſunt repeti. Et ſcđm iſtos de acquiſitis in ludo non pōt fieri elemoſyna. Ray. enim cum quo concoꝛdat ſanctus thomas/⁊ quaſi omnes doctoꝛes theologi. dicit ꝙ diſtinguendū eſt/ quia aut aliq̄s luſit voluntarie ⁊ ex cupiditate non coactus per aliquem et tunc ſi amiſit non poteſt repetere qđ amiſit/ſed ille qui lucratus eſt tenetur pauperibus erogare vel reſtituere in iudicio aīe ſue/ aut luſit attractus per vim vel per impoꝛtunitatem alterius: ⁊ tunc ſi amiſit poteſt repetere. Si vero lucratus eſt non tenetur reſtituere: ſed qđ lucratus eſt pauperibus erogare. Iſtā ſniam ꝓbat per multa iura ⁊ eſt ſatis conſona rationi ⁊ equitati. Notandū tñ ꝙ ſunt aliq̄ perſone q̄bus indiſtincte tenet̄ q̄s reſtituere quicquid ab eis lucratus eſt in ludo/ vt furioſi/pꝛodigi/ pupilli minores. xv. annoꝝ/mente capti/ſurdi/ceci/muti: ⁊ q̄ moꝛbo perpetuo laboꝛant. qꝛ tales rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. ideo dantur eis tutoꝛes ⁊ curatoꝛes. Idem videtur eſſe de monachis ⁊ ceteris religioſis ⁊ filiiſfamilias: qui non habent peculiū caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe. Et de vxoꝛe que nō habet res parafarnales: ⁊ etiā de adminiſtratione reꝝ eccleſiaſticaꝝ que pauperꝝ ſunt ⁊ ſimilibus. vnde nec pꝛelati nec curati poſſunt ea remittere debitoꝛibus ne pꝛodi ri vel diſſipatores videantur. Nam cum talis acquiſitio pecunie multiplicis iuris ⁊ facti ſit culpabilis ⁊ vitioſa reſtituenda non eſt/ dico ei qui eam amiſit in ludo: ſed t[illegible]ri/ vel mercatori/ vel marito/ vel patri eccleſie vel monaſterio.

¶ Secundum conſideratum circa elemoſynam ſcilicet quis facere poteſt elemoſynam.

Elemoſynam poteſt facere quicumqȝ ſui eſt iuris ⁊ habet dominiū vel adminiſtrationē aliquoꝝ bonorum temporalium. Nunquid ergo monachus vel aliqua perſona religioſa poteſt facere elemoſynam. Dico ꝙ talis perſona aut habet adminiſtrationem aut non: ſi habet adminiſtrationem: poteſt ⁊ debet: immo quicq̄d ſupereſt ſibi neceſſitatibus eccleſie ſupportatis in cauſis piis eſt exponendū dicēte btō bern̄. Bona eccleſie bona pauperꝝ ſūt: ⁊ quicquid a miniſtris eccleſie vltra victū et veſtitū retinēt totum eſt ſacrilegiū ⁊ rapina: ſi aūt nō habet adminiſtrationem (ſaluo meliori iudicio vel cōſilio) credo ꝙ non pōt nec debet facere elemoſynam/ niſi de prelati ſui licentia petita ⁊ obtenta. Monachus eni non pōt tractare etiā vtilitatem ſui monaſterii: niſi de precepto abbatis ſui. xvi. q. i. monachi. de conſe. di. v. Non oportet. Et hoc intelligo niſi ille qui petit elemoſynam ſit in extrema neceſſitate conſtitutus. i. indigeat ad mortē: qꝛ in illo caſu debet ei dare ſi pōt eſto etiā ꝙ prelatus expreſſe inhiberet ſibi. qꝛ in tali caſu omnis homo tenetur ex precepto dei ſubuenire primo iuxta illud. Paſce famē morientem. ⁊c̄. xxxvi. di. Et etiam in tali caſu omnia ſunt communia. xlvii. di. Sicut. Nota ꝙ ſi monachus non habens adminiſtrationem de precepto abbatis vadat ad peregrinationem vel ad ſtudium: ſine aliqua diſtinctione poteſt dare elemoſynam: nam eoipſo quod prelatus dedit ſibi licentiam ſtandi in ſcolis/ vel eū vi ad peregrinationē: videt ſibi dediſſe licētiam faciendi oīa que ſcolares honeſti ꝛ peregrini ſolent facere:ita tñ ꝙ moderate faciat. Quilibet enī debet ſe ꝯformare morib⁹ illoꝝ inter q̄s vivit.lvi.di.c.ſi q̄s. Sed nunq̄d vxoꝛ poteſt facere elemoſynā abſq; licētia viri? Dicendū eſt.ꝙ ſi vxoꝛ habet res parafernales.i.ꝓprias:p̄ter dotē:dictas a para quod eſt iuxta/ꝛ fernas quod eſt dos/ quaſi iuxta dotē/poteſt de illis facere elemoſynā:etiā inuito marito.C.de pa.l qui hac. De rebus etiam ſui viri:ſicut de pane ꝛ vino ꝛ aliis rebus qui bono ac appꝛobato ꝛ laudabili moꝛe ſolent ad diſpenſationem vxoꝛis pertinere:poteſt facere elemoſynam moderate ꝛ ſecundum facultatem viri : ꝛ ſecundum maioꝛem vel minoꝛem indigentiā ꝛ multitudinem pauperum. Et debet ſibi foꝛmare cōſcientiā ꝙ diſpliceat marito in coꝛde etiam ſi qñq; pꝛohibuit ei oꝛe. Solent mariti facere talem pꝛohibitionē vxoꝛibus:nō ꝙ retrahāt eas a toto:ſed ab exceſſu quē ſuſpicantur eas facturas:ſi haberent habenas nimis laxas. Pōt etiā ſibi foꝛmare cōſcientiā de qualitate ꝛ miſeria pauperis cogitās ꝙ ſi maritus videret illum:oībus modis placeret ei:ꝙ faceret ſibi elemoſynam Sed ſi oino ꝛ pꝛeciſe dicet ſibi ꝙ viro diſpliceat:deponat conſciam ſi pōt:ſi nō pōt:non det/ꝛ doleat ꝙ non pōt dare. Et ſic intelligo illud.c.xxxiii.q.iiii.quid deo. Ubi dicitur ꝙ cum ſcandalo viri vxoꝛ non debet facere elemoſynam/ et iſtud intelligo niſi pauꝑ ſit in extrema neceſſitate ꝯſtitutus/quia tunc intrepide debet dare:aliter peccaret. Et quod dixi de rebus viri/etiā de dotalibus dixi:nā reꝝ dotaliū illibatū dñm apud virum eſt.c.de iure do.l.in rebus Dominus autem albertus dicit ꝙ ſi mulier ſit lucroſa.i.ſi ex officio ſuo vel miniſterio lucretur:eſto ꝙ nō habet bona parafernalia:de eo quod lucratur poteſt facere elemoſynam abſq; mandato ꝛ conſenſu viri/etiam filiuſfamilias non poteſt facere elemoſynā de rebus patris ſine eius licentia ⁊ mādato: niſi ſupponat ꝙ placeat patri: ſicut ſupra dixi de vxore. Et intelligo hoc niſi talis filius habeat peculium caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe/ de tali enim peculio pōt facere elemoſinā patre etiam inuito. Peculiū caſtrenſe eſt quod acquiſiuit ex militia. Peculium quaſi caſtrenſe eſt quod acquiſiuit ex ſcientia vel artificio honeſto. Intelligo etiam niſi videat pauperem in extrema neceſſitate conſtitutum. De filio etiam eunte ad peregrinationē/ vel exiſtente in ſtudio intellige vt ſupra dixi de monacho Et multominus ſeruus et ancilla poteſt facere elemoſynam de rebus dominorū: niſi forte fuerit eis cōmiſſa adminiſtratio bonorum: quia tunc poſſent: tamen moderate/ ſic quod domino non diſpliceret.

¶ Tercium conſideratum circa elemoſynam. ſcʒ cui debet dari elemoſyna.

Elemoſyna non debet dari niſi indigenti: ⁊ hoc ſonat nomen elemoſyna. Uñ elemoſyna vt dicit ebrardꝰ: dr̄ ab elois qd̄ eſt miſeri/ ⁊ moys qd̄ eſt aq̄ quaſi miſerorū .i. indigentium aqua. Horū aūt q̄ petūt elemoſynā: quidā petūt q̄ſi ex debito: ſicut religioſi q̄ mendicātes predicāt verbum dei: ⁊ celebrant quotidie ꝓ bn̄factoribus ſuis. Et iſti dūmō ꝯſtet eos hr̄e illud officiū ſūt oībus aliis preferēdi ⁊ iſti dn̄r petere q̄ſi ex debito: qꝛ nō ſolū dant eis tp̄alia immo etiā ſp̄ūalia accipiunt ab eis. Uñ in ꝑſona taliū dicit apl̄us. Si ſp̄ūalia vobis ſeminamus: nō eſt mirū ſi tp̄alia vr̄a metamus. Alii petūt tm̄ pro vite ſue ſuſtentatione: ſicut iſti pauperes qui mendicant. Et in iſto caſu aut homo poteſt dare oībus aut nō: ſi pōt dare oībus: tūc debet oībus dare abſq; vlla diſtinctione/ ⁊ ad hoc reducūtur exempla abrahe et loth/ qui qn̄ omnes indifferenter recipiebant hoſpicio. Angelos etiam in hoſpicio ſuſceperunt. Si enim aliquos repuliſſent:foꝛſan inter alios angelos repuliſſet. Et in hoc caſu ait io.criſo. Quieſcamus ab abſurda.i.nefanda ac dyabolica curioſitate.ſ.diſcernendi inter pauperem ⁊ pauperem:nō enim ex vita eoꝝ qui accipiūt vel quibus das mercedē tibi retribuit deꝰ:ſed ex voluntate ⁊ honoꝛificentia multa:⁊ ex mia ⁊ voluntate.xlii.di.Quieſcamus. Itē grego.xi.q.iii.Qm̄ in fine dicit ꝙ excōicato etiā danda eſt elemoſyna:⁊ hoc intelligo tam de excōicato ꝙ̄ de quolibet alio pctōꝛe notoꝛio:quod intelligendū eſt niſi ob ſaturitatem cibi negligerent iuſticiam ⁊ fierent deteriores/qꝛ in tali caſu nō eſt eis faciēda elemoſyna vt ait au. v.q.v.nō omnes. Et hoc intellige niſi eſuriāt ad moꝛtem tunc enim ꝙ̄tumcūqꝫ negligerent iuſticiam:debent paſci: niſi foꝛte iudex ſecularis damnaſſet eos ꝓpter ſcelera ſua ad fame moꝛiendum. In ſcđo caſu in quo non poteſt omnibus dare elemoſynam:poſito ꝙ oīes equaliter indigeant.dicit ambꝛo.decē circa hoc eſſe conſideranda.ſ.fidem/cauſam/locū/tp̄s/neceſſitudinē/ſanguinis ꝓpinquitatē/pietatem/debilitatem/conditionē ſiue nobilitatē.Fidem qꝛ fidelis pꝛeferendus eſt infideli. Cauſam:qꝛ ſi duo tenētur capti vnus ꝓpter culpam ſuā/alius ſine culpa:iſte eſt pꝛeferendus illi.Locū:qꝛ captus ſiue detentus in carcere pꝛeferendus eſt illi q̄ libere pōt ire quocūqꝫ vult. Tp̄s:qꝛ ſi vnus in tpe perſecutionis patit̄ pꝛeferēdus eſt illi q̄ nullam perſecutionē patit̄. Modū:qꝛ vt nō totū det vni/nec ſimul effundantur opes:ſed diſcrete diſpenſetur/niſi foꝛte aliquis vellet relinquere ex toto ſeculum. Neceſſitudinem vt magis indigēs minus indigenti pꝛeferatur. Sanguinis pꝛopinquitatem:vt pꝛopinquus pꝛeferatur extraneo. Etatē:qm̄ ſenes ſunt iuuenibus pꝛeferendi. Debilitatem:vt infirmus pꝛeferat̄ ſano/⁊ debilis foꝛti. Nobilitatem:vt nobilis pꝛeferat̄ ignobili. Et iſtud totū intelligen dum eſt ceteris paribus.❡Talis enim cōditio poſſet eſſe ex vna parte ꝙ refoꝛmaret pactum in contrarium. Sicut pone quidem habet prēm infidelem qui indiget elemoſyna/ ⁊ extraneus fidelis etiam indiget elemoſyna:nec ipſe poteſt ſubuenire vtriſqꝫ:ſed vni tm̄/cui ſubueniet? An prī infideli an extraneo fideli in exhibitione nutrimenti? In iſto caſu dicant aliqui ꝙ pater infidelis pꝛeferendus eſt etraneo fideli in exhibitione nutrimenti:ſed extraneus fidelis pꝛeferendus eſt prī infideli in dilectione.ar.xxx.di.ca.iii. Et iſta fundatur opinio ſuper illud pꝛeceptum. Honoꝛa prēm tuū. Et intelligitur ſi equaliter indigeant. Si enī extraneus indigeret ad moꝛtem ⁊ pater nō:tunc extraneus eſſet pꝛeferendus patri. Alii dicant contrarium.ſcilꝫ ꝙ boni extranei ſunt pꝛeferendi:quis iſtoꝛum dicat melius iudicio lectoꝛis relinquo.

❡Quartum conſideratum circa elemoſynam.ſ.quo modo debet fieri elemoſyna.

Quia ſcd̄m ꝙ dicit phūs in ethicis modus imponit ſpeciem actui vel actioni quod intelligo de ſpecie moꝛis non enim ſufficit facere bonū:niſi bene fiat. Unde dn̄s pꝛecepit moyſi. Iuſte quod iuſtum fuerit exequeris:ideo ad hoc ꝙ elemoſyna ſit meritoꝛia requiritur ꝙ debito modo fiat. Uñ elemoſyna debet fieri gratanter ſiue letanter vt ait apl's.ii.ad coꝛinthios.xxi.c. Qui tribuit/tribuat in hylaritate:nō ex triſticia aut neceſſitate. Hylarem enī datorem diligit deus. Scd̄o debet fieri ſecrete:vñ ſaluatoꝛ in euāg. Cū facis elemoſynam noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciunt:⁊ ſequitur.❡Te aūt faciente elemoſynā neſciat ſiniſtra tua quid faciet dextera tua.❡Tercio debet fieri abundāter:⁊ hoc ſcd̄m facultatem dantis. vñ tho.iiii.ca. Fili ſi multum tibi fuerit:abundanter tribue/ſi autē exiguum:libenter impartiri ſtude. Quarta debet fieri pꝛu denter: vt fiat ſcḋm traditã foꝛmã in. c. pꝛecedẽti. Quinto debet fieri feſtinãter: vñ ſapiẽs. Qui cito dat bis dat. Sexto debet fieri ardenter. i. cũ intẽtione recta vt. ſ. fiat ꝓpter deũ ⁊ nõ ꝓpt vanã gl'iam: vñ ſicut ait grego. Vñ celum mereri poterat/non ventũ tranſitoꝛii fauoꝛis querat.

¶ Ca. iii. ſcḋe ꝑtis pꝛincipalis eſt de ieiunio: q̃ eſt ſcḋa pars ſatiſfactionis quattuoꝛ habens capitula.

SEcunda pars ſatiſfactionis eſt ieiuniũ de quo dr̃ in thobia. Bona eſt elemoſyna cũ ieiunio. Circa quod conſideranda ſunt quattuoꝛ. Primũ quot modis dicitur ieiuniũ. Scḋo qñ fuit inſtitutum. Tercio quot requiruntur ad hoc ꝙ ieiunium ſit meritoꝛium. Quarto quot bona facit ieiunium.

¶ Pꝛimũ ꝯſideratũ circa ieiuniũ. ſ. q̃t modis dr̃ ieiuniũ.

NOtandũ ꝙ triplex eſt ieiuniũ. Pꝛimũ eſt coꝛpoꝛis a cibo et a potu materiali. Secũdũ eſt afflictionis a gaudis tempoꝛali. Tercium eſt abſtinere a pctõ moꝛtali. Et de hoc triplici ieiunio debemus caſtigare iumentum. id eſt coꝛpus nr̃m: paꝝ eſt eni ieiunare a cibo/niſi ieiunet a pctõ. vñ eſaias. Quare ieiunauimꝰ ⁊ nõ aſpexit: humiliauimus aĩas nr̃as ⁊ neſciſti? Loquit̃ eſaias in perſona ieiunantium in peccato moꝛtali. Et ſubdit reſponſionẽ in perſona dei loquens. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. ⁊ ſequit̃. Nunquid eſt tale ieiuniũ qḋ elegi? quaſi dicat: non immo iſtud. Diſſolue colligationes impietatis. ſolue faſciculos depꝛimentes/et omnẽ onus. ſ. pctī dirumpe. Frange eſurienti panem tuũ: ⁊ egenos vagoſq; induc in domum tuã. Cum videris nudũ operi eum/⁊ carnem tuam ne deſpexeris.

¶ Secundum conſideratum circa ieiunium ſcilicet quando fuit inſtitutum ieiunium.

DOminus inſtituit ieiuniū in paradyſo terreſtri: qñ precepit primis parentib⁹ ne comederēt de ligno ſcie boni ⁊ mali. Sed poſtea ſanctificauit eū in deſerto qñ ieiunauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus.

¶ Tercium conſideratum circa ieiunium.ſ. quot requiruntur ad ieiunium.

AD hoc ꝙ ieiuniū ſit meritoriū reqrunt̄ quattuor q̄ debent ipſm concomitari.ſ. largitas/leticia/hora/ ⁊ menſura. De largitate dicit hie. Nō māducaturus eras ſi nō ieiunares da pauperibus vt ieiuniū tuū ſit ſaturitas aīe nō marſupii lucꝝ. Illud ieiuniū deus approbat vt ait gre. Nō ad eū manus elemoſynarū leuant: ideo illud qđ tibi ſubtrahis alteri largire vt vñ caro tua affligit̄ iñ indigētis ꝓximi caro releuet̄. De leticia dicit xp̄s. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes: extermināt eni facies ſuas vt appareant hominibus ieiunātes. De tertio.ſ. de hora notandū ꝙ hora comedēdi in dieb⁹ ieiunioꝝ eſt hora nona vel circa. ita tñ ꝙ ſcđm ꝙ dt ſctus tho. in quarto ſn̄o. Non opꝫ aſpicere aſtrolabiū: ſed ſufficit ꝙ non anticipet̄ nimis notabiliter p̄dicta hora. Vñ legit̄ in p̄mo li. re. xiiii. ca. ꝙ ionatas q̄ anticipauit horā comedēdi morti fuit adiudicatus. De quarto.ſ. de menſura notandū ꝙ ieiunans debet multū ſobrie comedere. Unde dicit beatus petrus prime petri. v. ca. Sobrii eſtote.⁊c̄. Et ſobrietas iſta attēditur tam in cibi qualitate q̄ in quantitate. In qualitate cibi: vt ſcilicet homo non comedat cibaria prohibita: ſicut carnes vel lacticinia. Et ſimiliter non querantur cibaria exquiſita exquiſito modo parata. vide de hoc ſupra capitulo de interrogationibus factis in confeſ. Sobrietas etiam attendenda eſt in q̄titate: vt non ſumat̄ cibus: niſi q̄tum ſufficit ad nature ſuſtentationē. Superfluitas enim cibi multa mala facit: qꝛ ꝓuocat ad luxuriā ⁊ oc̄ opus bonum diſſoluit. vñ in figura huius legit̃ in .iiii. li. re. xxv. c. ꝙ nabuzardaz qui interpꝛetat̃ pꝛinceps coquoꝝ per quē intelligitur ventris ingluuies deſtruxit muros hirlm̃ per quos intelligunt̃ virtutes aīe fidelis. vñ aug. Mens auiditate ciboꝝ laxata perdit oꝛōnis virtutē. Et hiero. Venter mero eſtuans de facili pꝛoꝛumpit in libidinē.

¶ Quartū conſideratū circa ieiuniū. ſ. quot bona facit.

IEiuniū debito modo obſeruatū tria bona facit: pꝛimo reprimit ſtimulū carnaliū vicioꝝ. Scđo mentem eleuat ad ꝯtemplationē diuinoꝝ. Tercio impetrat gr̃am virtutū ⁊ celeſtiū pꝛemioꝝ: ⁊ iſta tangunt̃ in pꝛefatione quadꝛageſimali in qua dꝛ. Qui copoꝛali ieiunio vitia compꝛimis / mentē eleuas: virtutē largiris ⁊ pꝛemia. ¶ Notandum inſuper ꝙ ꝑ ieiuniū intelligunt̃ oīs afflictiones coꝛpoꝛales: ſicut vigilie / peregrinationes / flagella. ⁊c.

¶ Ca. iiii. et pꝛincipale eſt de oꝛatione: que eſt tercia pars ſatiſfactionis.

ORatio que eſt tercia pars ſatiſfactionis diffinitur ſic a damaſce. Oꝛo eſt pius mētis affect⁹ in deū tendēs et plerūqꝫ ne animus pigritet̃ in vocē ꝓrumpēs / vel ſic. Oꝛō eſt congeries vocū ad impetrandū in deū tendentiū. ¶ Notandū ergo ꝙ in oꝛōne nō dꝫ peti tēpoꝛalia ad minus pꝛincipaliter: ſed debent peti ſpūalia ⁊ pertinentia ad ſalutem: iuxta illud verbuꝫ ſaluatoꝛis. Pꝛimū querite regnū dei ⁊ iuſticiā eius: ⁊ hec oīa adiicient̃ vobis ſcꝫ tpālia. Que aūt ſunt petenda in oꝛōne oſndit xp̄s qñ diſcipulis dicentibus ſibi. Magiſter doce nos oꝛare dixit. Cum oꝛatis dicite Pater noſter. ⁊ de hoc dicetur in tercia parte vbi de iſta materia tractabitur in ſpeciali. Ad hoc autē ꝙ oīno ſit meritoꝛia et ſatiſfactoꝛia requirit̃ ꝙ habeat tredecim cōditiones ſcilicet ꝙ ſit fidelis / ſecura / humilis / diſcreta / verecūda / deuota / ſecreta / pura / lachꝛymoſa / attenta / ferui da/operoſa:⁊ aſſidua. De iſtis non plus prōſequamur:qꝫ ſunt de ſe note cuilibet aduertere volenti. Ualet deniqꝫ oratio ꝯtra vitia ſpūalia precipue. vñ hiero. ſup illū locū hoc genus demoniorꝝ non eiicietur niſi in orōne ⁊ ieiunio dixit ſic. Medicina eſt cuilibet morbo adhibenda/non eni ſanat oculum qđ ſanat calcaneū. Jeiunio ſanant̄ corporales peſtes. Orōne ſanant̄ peſtes anime vel mētis. Si aūt queratur ꝗ̄ iſtarꝝ triū ꝑtiū ſatiſfactionis ſit potior.ſ.oratio elemoſyna vel ieiuniū. Dicendū ꝙ ſi ꝯparentur tanꝗ̄ ad obiectū qđ immediate reſpiciunt:vel ꝗ̄tum ad materiam circa quā ſūt:ſic orō eſt dignior ⁊ potior aliis duabus:orō eni habet deū pro immediato obiecto:vt pꝫ ex eius diffinitione. Nā orō eſt affectus pius mentis tendens in deum. Elemoſyna aūt habet ꝓ immediato obiecto miſeriā proximi:ad hanc eni reuelandam ordinatur. Jeiuniū aūt pro immediato obiecto habet laſciuiam carnis:qꝫ ad hanc reprimendā teriatur ⁊ ordinat̄. Oratio eni eſt circa ſpūalia elemoſyna autē ⁊ ieiuniū circa corporalia:quare manifeſtum eſt ꝙ oratio dignior eſt ⁊ potior elemoſyna ⁊ ieiunio. Si aūt cōparentur ꝗ̄tum ad ambitū/ſic elemoſyna eſt potior oratione ⁊ ieiunio:qꝫ elemoſyna continet in ſe orōnē et ieiuniū. Jlle enim qui dat elemoſynā indigēti:obligat ipſum ad orandū pro ſe deū:⁊ ſic oratio includit̄ in elemoſyna. Jlle etiam qui facit elemoſynā eſt particeps ieiunii et abſtinentie illius qui recipit eam: ⁊ ſic ieiunium in elemoſyna continetur. Unde credo ꝙ elemoſyna ſit vtilior ⁊ potior ad faciendū ieiunio ⁊ oratione. Et iſta videtur eſſe intentio beati apoſtoli in.i.epiſtola ad thimotheum in ca.xi. vbi ſic inquit. Exerce aūt teipſum ad pietatē/id eſt ad elemoſynā:nam corporalis exercitatio/id eſt ieiunium ad modicuꝫ vtilis eſt. Pietas aūt ad oīa vtilis eſt promiſſionem vite habens:que eſt nunc ⁊ future.

¶Ca. v. De menſura penitentie.

Quanto pctm̄ eſt grauiꝰ: tāto ceteris paribus dꝫ fieri et imponi maioꝛ pnīa ſeu ſatiſfactio pꝛo ea: ⁊ dico ceteris paribꝰ: qꝛ talis circūſtantia poſſet eſſe ex pte pſone peccantis vel etiam ex parte pcti: ꝙ minus graui pctō deberet imponi grauioꝛ pnīa ſeu ſatiſfactio: verbi grā. Cōſtat ꝙ interficere matrē eſt grauius ꝙ̄ interficere vxoꝛē: ⁊ tn̄ de iure grauioꝛ pnīa eſt iniungenda vxoꝛicide ꝙ̄ matricide. Et rō eſt: qꝛ pnīa debet eſſe talis ꝙ ſit remedium pcti pꝛeteriti et cautela futuri: ⁊ quia hoīes ſunt magis ꝓni ad vxoꝛicidiū ꝙ̄ ad matricidium: ideo vt magis retrahantur maioꝛ pnīa debet imponi vxoꝛicide ꝙ̄ matricide. Et ſic cauſa pnīa maioꝛ debet imponi iuueni lubꝛico ꝙ̄ ſeni: ſed ceteris paribus q̄to pctm̄ eſt grauius: tanta maioꝛ pnīa eſt imponenda pꝛo eo. Ad videndū ergo que pnīa ꝓ vnoquoqꝫ pctō ſit imponenda: videndū eſt de gradibus pctōꝝ: qd̄. ſ. pctm̄ eſt grauius altero. Pꝛo quo ſciendū ꝙ grauitas pctōrum pōt attēdi tribus modis. Unō mō circa idem pctm̄/ ⁊ hoc duobus modis. Uno modo ex parte cauſe inducentis ad pctm̄. Nā ſcḋm ꝙ dicit gre. pctm̄ tribus modis ꝯmittit̄ ſcꝫ ignoꝛantia/ infirmitate/ aut certa ſcīa ſtudio/ vel malicia perpetrat̄. vn̄ pctm̄ qd̄ perpetrat̄ ex infirmitate grauius eſt ꝙ̄ ꝑpetratū ex ignoꝛātia/ ſed multo grauiꝰ eſt ſi perpetretur ex ſcientia certa. de pe. di. ii. Sciendum. Un̄ maioꝛ eſt penitentia imponēda pꝛo pctō perpetrato ex infirmitate. i. ex tētatione ſeu ex fragilitate ꝙ̄ ꝓ pctō ꝑpetrato ex ignoꝛantia: ſed multo maioꝛ ꝓ pctō perpetrato ex certa malicia. Nec eſt cōtra illud ambꝛo. dicentis. Grauiter peccat q̄ ſibi ꝓmittit impunitatē q̄ cōtēnit: ſed nō grauiſſime qui ignoꝛat: qꝛ exponendū eſt grauiſſime. i. periculoſiſſime qꝛ ſpecialiter pnīa nō aget̄ de pctō qd̄ ignoꝛat̄. Un̄ io. cri. velos aureū. Nullum inuenitur tale remediū cōtra pctā ſicut eoꝛū memoꝛia continua. de pe. di. iii. Judas. Et hoc intellige cū homo recoꝛdat᷑ de pctō ad ꝯtritionē non ad delectationem. Alio modo pōt attendi grauitas circa idem pctm̄ ex parte ipſius pcti: nam vt dicit Aug. Sicut tribus gradibus ꝑuenitur ad pctm̄. ſ. ſuggeſtione/delectatione: ⁊ conſenſu: ita ipſius peccati ſunt tres differentie. ſ. peccatū in coꝛde/pctm̄ in opere: ⁊ oꝛe/ ⁊ pctm̄ in cōſuetudine: ita ꝙ peccatū in opere eſt grauius ꝙ̄ pctm̄ in coꝛde: ſed grauiſſimum eſt conſuetudine. Vn̄ tres differentie pctōꝝ intelliguntur ꝑ tres moꝛtuos quos xp̄s legitur ſuſcitaſſe ſcʒ filiā archiſynagogi/filiū vidue/ ⁊ lazaꝝ. puellā ſuſcitauit in domo: ecce pctm̄ cogitationis: pueꝝ ante poꝛtā ciuitatis/ecce pctm̄ operationis: lazaꝝ quadꝛiduanum in monumento: ecce peccatum conſuetudinis. Itē puellam ſuſcitauit verbo tantum/puerum vero et motu/lazarum vero verbo fletu ⁊ lachꝛymis. Et hoc ad oſtendendum ꝙ maioꝛ pnia eſt imponenda ꝓ pctō operationis ꝙ̄ cogitationis ⁊ multo maioꝛ ꝓ pctō conſuetudinis. Alio modo pōt attendi grauitas inter diuerſa peccata ita tn̄ ꝙ ſint eiuſdem generis ſicut dicit aug. de pctō luxurie dicēs. Adulteriū malum vincit foꝛnicationem: vincitur adulterium ab inceſtu/ peius enim eſt cum matre ꝙ̄ cum alia muliere cōcumbere. Sed hoꝛum omnium peſſimum quod contra naturā fit. Tercio modo poteſt attendi grauitas in peccatis: et hoc inter pctā diuerſoꝝ gn̄m. ſicut dicit aug. ꝙ grauius eſt homicidium ꝙ̄ adulteriū. xxxiii. q. ii. Si quid verius. Et vniuerſaliter oīa pctā que directe committuntur contra deum: ſicut ydolatria/hereſis/blaſphemia/ ⁊ ſimilia ſunt grauioꝛa aliis. De hoc tn̄ dicetur in tertia parte qn̄ agetur de decem pꝛeceptis. Viſo quomodo eſt gradus in pctīs/videndum eſt quō ſacerdos debeat ſe habere circa impoſitionem pnie. Circa quod ſciendū ꝙ cōmunis ſententia doctoꝛum tenet omes penitentie ſunt arbitrarie.i.arbitrio ſacerdotis ſunt taxande/⁊ hoc conſideratis criminū qualitate et q̄titate. Item perſone/dignitate/officio/paupertate/infirmitate / ſeu debilitate / complexione/ conſuetudine/ſocietate/ lachꝛymis/deuotione/religione/ ⁊ tꝑis qualitatē/ac oībus circunſtātiis ſupꝛapoſitis.Et nota ꝙ circa impoſitionem pniaꝝ bonū eſt ſcire caſus penitētiales quos ponit hoſtieſ. in ſumma ſua ti de pe.vbi d̄t ꝙ qui ip̄os ignoꝛat:nō meret᷑ habere nomē ſacerdotis:⁊ debet confitenti pctōꝛi ſacerdos declarare:q̄ ad hoc dʒ eſſe diſcretus:pniam tñ pōt moderare ſcd̄m qualitatē/⁊ ſic pōt dicere:ꝓ quolibet pctō tu debes ſic penitere:ſed foꝛte vita tua nō ſufficeret:iō do tibi talē ⁊c̄.pꝛo oībus pctīs tuis ꝯcedo tibi ꝙ indulgentie facte pꝛo ſint tibi/⁊ bona que facies:⁊ mala q̄ ꝓ amoꝛe dei ſuſtinebis iniungo ꝓ pnia.vñ leo pa.Tpe penitudinis.i.pnie habita moderatione ꝯſtituenda ſunt tuo iudicio ꝓut cōuerſoꝝ.i. penitentiū aīos ꝓſpexeris eſſe deuotos.Itē in octaua ſynodo fuit poſitū i iudicio eoꝝ q̄ pꝛeſunt vel ꝙ̄to tpe vel quali modo penitere debeant qui delinquunt.xxvi.q.vii.Tpe.⁊c̄ hoc ſit.Hoc idē dicit hte.de pe.di.i.Menſurā.ſ.in arbitrio ſacerdotis eſſe derelictū tp̄s pnie.Ut aūt magis particulariter ſciant ſimplices ſacerdotes quō in poſitione pniarū ꝓcedere debeāt ſciendū ꝙ regulariter ꝓ periurio/adulterio/foꝛnicatione/homicidio voluntario/⁊ ceteris criminibus capitalibus:eſt ſeptennis pnia imponēda:⁊ hoc duplici ratiōe.Una:qꝛ dñs pꝛecepit mariā ſoꝛoꝛē moyſi ⁊ aarō lepꝛa percuſſam (ꝑ quā intelligit̄ lepꝛa cuiuſlibet pctī moꝛtalis)ſeptē diebus manere extra caſtra:⁊ poſt mundationem redire ad caſtra.Hec rō ponit̄.xxxiii.q.ii.hoc ipm ⁊ ſecūdū hoc ꝑ diē intelligimꝰ annū.Iuxta vbū dñi dicētis ꝑ ꝓphām.Diē pꝛo anno tibi dedi.Alia rō eſt vt ſicut ꝑ pctm̄ moꝛtale pctōꝛ amiſit ſeptifoꝛmē grām ſpūs ſancti/ita pen pniam ſeptēnē eā, recuperet. Notādū ꝙ licet dictū ſit ꝙ ꝓ hmōi criminib⁹ ſit imponēda ſeptēnis pnia: tñ magis vel min⁹ aſpa dꝫ imponi: ꝓut maioꝛitas vel minoꝛitas criminis (penſatꝭ ceterꝭ circūſtātiis) hoc expoſcit vt in ſequētib⁹ apparebit. Sūt aūt plures caſus in ꝗbus ꝓpter peccātis dignitatē vel pcti enoꝛmitatē imponit̄ maioꝛ pnia: vel etiā ex variis cauſis minoꝛ. Nā pꝛeſbyter ſi foꝛnicationē fecerit dꝫ agere pniam decē annoꝝ ſcdꝫ foꝛmā traditā. lxxxii di. Pꝛeſbyter. Et iſtud intelligūt quidam de ſimplici foꝛnicatione. Alii vero ⁊ foꝛte melius de inceſtu ⁊ adulterio et qui cognouit conſanguineā vel affinē. Item ſi pꝛeſbyter cognouit filiā ſuā ſpūalem quā baptizauit vel de ſacro fonte leuauit/ vel cuius confeſſionē audiuit/ vel in confirmatione tenuit: debet habere pniam. xii. annoꝝ/ ⁊ debet deponi: ⁊ ipſa dꝫ etiā relinquere res ſuas pauperibus ⁊ in monaſterio deo vſqꝫ ad moꝛtē ſeruire. xxx. q. i. ſi quis ſac. Itē qui cognouit monialem: debet agere pniam. x. annoꝝ: ⁊ ſimiliter ipſa ſcd̄m foꝛmā pꝛepoſitā. xxvii. q. i. De filia ca. deuotā. Matricida dꝫ penitere. x. annis ſcd̄m foꝛmā ſatis apperum poſitam. xxxiii. q. ii. latronē. Vxoꝛicide adhuc imponetur maioꝛ pnia. xxxiii. q. ii. admonere. Notandū etiā ꝙ parētibus in quoꝝ lectis inueniunt̄ filii moꝛtui: ille ex cuius culpa ꝯtingit ſi ſit ſolutus debet induci vt intret monaſteriū eiuſdē epatus: vbi pctā ſua deploꝛat ꝑpetua pnia. Si tñ nō poterit ad hoc ꝓpter carnis fragilitatē īduci ꝯcedēda eſt ei licētia ꝯtrahēdi mr̄imoniū impoſita ſibi in ſeculo ꝑmanenti graui pnia. Siliter nō debet induci ingredi monaſteriū in aliis duob⁹ caſibus: quoꝝ vnus eſt ſi alter cōiugū viuit: niſi foꝛte coniunx vellet ſiliter ingredi. Alius caſus eſt/ ſi habeat filios paruos a quib⁹ nō pōt recedere/ niſi aliquis timens deū ſine ſuſpitione illos educaret. Si aūt ſciēter illud acciderit: puta qꝛ negligenter collocauit

Filiū ſecū in lecto ꝛ mane inuenit eū extinctū debet vt dicūt aliqui doctores agere pñiam triū annoꝝ quoꝝ vnus ſit in aqua ꝛ pane. ex. de his qui occi fi. ca. ii. ꝛ. iii. q. i. conſuluiſti Pro homicidio caſuali īponēda eſt pnīa. v. annoꝝ: qñ culpa preceſſit caſuꝫ aliter nulla niſi forte ad cautelam. l. di. eos vero. ꝛ duobus ca. ſequētibus. Et credo ꝙ idē eſt iudiciū de homicidio neceſſario. De iſta materia videbitur in tercia parte de decē preceptis. ¶ De vitio ſodomitico ꝙ̄tum ſit deteſtabile pꝫ ꝑ aug. dicentē: ꝙ longe maius crimē eſt ꝙ̄ matrē cognoſcere: ptꝫ etiā per penā ſodomitis inflictam q̄ in igne et ſulphure de celo miſſis perierunt. Iſtud etiā pctm̄ clamat ſpecialiter in vindicta ad dñm. vñ in geñ. dicit dñs. Clamor ſodomitoꝝ ꝛ gomoreoꝝ venit ad me. qꝛ vt dicit aug. Violatur per iſtud pctm̄ ſocietas que in nobis debet eſſe cū deo: cū ipſa natura cuius ipſe eſt actor libidinis peruerſitate polluit᷑. xxxii. q. vii. flagi. De iſto etiam pctō dt aug. Videns deus in humana natura tm̄ nephas contra naturā fieri: fere deſunt incarnari: ꝛ infinita mala de iſto nefando crimine poſſunt dici: eſt enim tante maledictionis ꝙ nō ſolus actus/ſed etiā ꝓlatio ſiue noīatio os loquētis aures audientiū ipſaqꝫ quodāmō polluit elementa/ ꝛ iſtud male cogitāt hyſpani. Pueri enim in cunabilis exñtes: ꝛ etiam mulieres muliebri poſtpoſita verecundia iſtud nefandū ꝛ execrabile verbū qd̄ caſtellam noīant omībus ꝟbis ſuis immiſcēt. vñ credo ꝙ ꝓ hmōi nefandiſſimo crimine ſit grauiſſima iniungēda pena. Multa alia crimina ponunt᷑ in diuerſis capl'is in corpꝰe decretoꝝ ꝓ quibus maior pena ꝙ̄ ſeptēnis eſt imponēda: q̄ dimitto hic: qꝛ talia crimina de iure ꝛ conſuetudine reſeruantur iudicio epoꝝ quos credo talia iura melius ſcire: et tñ indiſtincte credo omnes pnīas hodie eſſe arbitrarias. i. arbitrio ſacerdotū taxādas: pnſ. tl cōtritione pctōꝝ ꝛ oībus aliis circūſtātiis vñ poſſet eſſe tanta ꝯtritio ꝯfitens: ꝙ ꝓ maximo pctō eſſet modica: immo quaſi nulla pnīa imponēda/ ſicut fecit dñs clemens papa. iiii. q̄ dū equitaret quadā die per romā quedam mulier q̄ de remotis parentibꝰ venerat: acceſſit ad eū poꝛtās vnū puerum paruulum in brachiis/ ⁊ voce magna cū magnis lachꝛymis clamauit. Pr̄ ſctē miſerere mei peccatricis: ⁊ da mihi pnīam: qꝛ habui filiū meū quē hic poꝛto a filio meo. Et papa coꝛā omnibus abſoluit eā pctō ⁊ impoſuit ei pnīam vt ieiunaret ſextas ferias per annū in pane et aqua. Et mulier recedens ⁊ reuoluēs ſecū grauitatem pctī/ et paruitatē pnīe: credidit ꝙ papa nō bñ intellexiſſet eam/ ⁊ in craſtinū acceſſit ad papā: ⁊ cōfeſſa eſt ſicut pꝛius et papa abſoluit eā impoſita pnīa ſibi ꝙ diceret tria Pater nr̄. Mulier itaqꝫ credēs ⁊ ſecū vt pꝛius pctm̄ pnīamqꝫ reuoluens/ iterato ad papam redijt/ ⁊ coꝛā omnibus vt pꝛius confeſſa eſt quā papa abſoluit imponens ei pnīam ꝙ diceret vnū Pr̄ nr̄/ ⁊ cū interrogaretur papa quare ita modicam pnīam ſibi imponeret. Rn̄dit papa ꝙ plus attēdit doloꝛem ⁊ verecūdiā quā paſſa eſt ita publice confitendo pctm̄ ſuū/ ꝙ̄ ſi omnibus diebus vite ſue ieiunaſſet cū pane ⁊ aqua. Exēplo ergo iſto cōfeſſoꝛ impoſitione pnīe debet attendere ꝯtritionē/ doloꝛē/ ⁊ verecūdiā ꝯfitentis ⁊ ſcdm̄ ꝙ videbit maioꝛē vel minoꝛē ꝯtritionē debet imponere maiorem vel minoꝛē pnīam. ¶ Notandū tn̄ ꝙ pctō vbi debet fieri renūciatio: ſicut in ſymonia: vel reſtitutio: ſicut in furto rapina/ depꝛedatione/ incēdio/ vſura/ fraudulētia/ ⁊ doloſa negociatione/ ludo: ſcdm̄ diſtinctionē ſupꝛapoſitā debet imponi pnīa: ꝙ renūciet aut reſtituat ſi pōt/ ſi nō pōt ꝙ habeat aīm reſtituendi: ⁊ doleat ꝙ nō pōt ⁊ ꝓmittat ꝙ ſi deus det ſibi de quo ꝙ reſtituet alias non abſoluat̄: nec ei pnīa imponat̄. ¶ Notandū ꝙ ſacerdos debet ſemper imponere pnīam per cōtrariū coꝛrn̄dentē ipſi pctō: vt ſuperbo oꝛonē

Auaro elemoſynā: luxurioſo ieiuniū: et ſi videat̄ expediēs peregrinationē vel loci mutationem: vt ſic maceretur caro et refrenetur a delectatione ex memoꝛia facti vel aſpectu perſone vel loci cum qua vel in quo peccauit: et perpetratum fuit peccatum. lxxx. di. valet. xv. q. i. mulier. ¶ Notandum inſuper ꝙ ſacerdos debet cauere ne imponat penitentiam ſeruo per quā fiat pꝛeiudiciū dn̄o/ nec diſcipulo per quam fiat pꝛeiudiciū magiſtro: nec ecōtra. Et maxime etiā caueat circa virū ꝛ vxoꝛem ne imponat penitentiam talem alteri per quā aliis poſſit deuenire in cognitionem pc̄ti. Sed pone aliquis confitet̄ de pc̄tis ſuis/ ꝛ dicit ſe penitere: nō tn̄ vult ſubire onus penitentie dicēs ſe delicatum infirmum male complexionatū: ꝛ ſimilia quid faciet de iſto? Dico ꝙ ſi dicat ſe penitere de pc̄tis ꝛ pꝛoponat̄ de cetero abſtinere: cū allegat infirmitatē vel fragilitatē ꝛ recuſat aſperitatem ſatiſfactionis/ ſacerdos debet ipm̄ inducere vt aīm paratum ad ſatiſfactionē habeat ſibi oſtēdendo magnitudinē pc̄toꝝ ſuoꝝ: ꝛ que ꝛ q̄ta bona amiſit pꝛo ipſa: que oīa recuperabit per pn̄iam/ oſtendendo etiā que et quanta xp̄us ſuſtinuit pꝛo pc̄tis nr̄is qui tn̄ erat ſumme delicatur/ ꝛ quot ꝛ quanta ſuſtinuerunt martyꝛes ꝛ ſancte virgines tenere ꝛ delicate a peccatis inmunes ſubiungat ergo ſacerdos q̄ta ergo pena debetur tot ꝛ tantis peccatis q̄ tu cōmiſiſti? Et multa alia debet oſtendere ei. Et ſi cū oībus iſtis nō poteſt ipſum inducere ad pn̄iam imponat ei talem quā veriſimiliter credat eū poꝛtare poſſe. Et ad hoc inuitat nos xp̄i exemplum qui nunq̄ legitur grauē impoſuiſſe penitentiam: niſi vade ꝛ amplius noli peccare Unde io. criſo. ſuper illum lo. Allegant enim onera grauia ſic dicit. Si erramus pꝛopter pn̄iam modi cauſa imponētes: nonne melius eſt pꝛopter miam dei dare rationem q̄ pꝛopter nimiam crudelitatem ſuccūbere penitētem. xxvi.

q.vi.obligãub.Aug. Si non poteſt gaudere ſacerdos de omnimoda purgatione pctõꝛis:gaudeat ſaltẽ/qꝛ liberatũ a gehenna mittit ad purgatoꝛiũ. Ex quo ptꝫ ꝙ ſi pnia nõ ſit condigna complebitur in purgatoꝛio. Referẽda ad ſupꝛadicta que diligenter volumus annotari. Item pone aliquis confitetur peccata ſua ⁊ bñ vult abſtinere ab vno et ab altero non:nunquid admittendus eſt ad penitentiã Dico ꝙ ſacerdos debet confeſſionem illius audire et recipere:non tñ debet eum abſoluere:ſed det de pctis ſibi confeſſis ſalubꝛius conſilium quod poterit exhibere ⁊ conſulere ꝙ faciat aliquam pniam de pctis ſuis: ⁊ inducat eum ad bonũ ꝗ̃tum poterit:⁊ omnia bona que ipſe de conſilio ſacerdotis faciet ꝗ̃tumcũqꝫ infoꝛma.i.ſine charitate facta ꝗ̃uis non valeant ſibi directe ad vitã eternã obtinẽdam tñ valebunt ſibi ad quattuoꝛ vel ad aliqua ipoꝝ. Pꝛimo ad extremi iudicii ſupplicium tollerabilius ſubeundum de pe.di.iiii.Si qs. Scdo ad tẽpoꝛalem pꝛoſperitatẽ obtinendam.de pe.di.iii.Cauendũ.xxii.q.ii.ſi quilibet. Tercio ad hoc vt illuſtretur coꝛ eius ad pniam.de pe.di.iii.Flens in fine. Quarto qꝛ dyabolus non põt ei tñ nocere:ſicut ptꝫ de iudeo de quo narrat grego.in dyalogo ꝙ quia ſe ſignauerat:dyaboli nõ potuerunt ei nocere. Ex pꝛedictis patet ꝙ ad hoc ꝙ pnia ſit ſatiſfactoꝛia et meritoꝛia opoꝛtet ꝙ ſit facta in charitate/id eſt ille qui facit eam ſit ſine peccato moꝛtali: Sed pone alicui fuit iniuncta penitentia et anteꝗ̃ impleat pniam ſuam labitur in peccatum moꝛtale et exiſtẽs in peccato complet pniam iniunctam: poſtea redit ad ſtatum gratie:nunquid valet iſta penitentia vel tenet̃ eaꝫ iterare? Ad hoc dicit ſanctus Thomas in quarto ſuo ꝙ quedam ſunt opera ſatiſfactoꝛia quoꝛum effectus manet poſtꝗ̃ ipſa facta ſunt/ſicut poſtꝗ̃ facta eſt elemoſyna/adhuc manet eius effectus / ſcilicet diminutio ſubſtantie tempoꝛalibus dãtis. Sic ẽ poſtq̃ aliq̃s ieiunauit: adhuc remanet effect⁹ ieiunii qui eſt debilitas coꝛpoꝛis ieiunantis et illa q̃uis ſint in pctõ moꝛtali facta: tñ non opoꝛtet ꝙ reiterãtur. Alia ſunt opera ſatiſfactoꝛia que poſtq̃ ſunt facta nihil remãnet de eis: ſicut oꝛatio: ⁊ ideo ſi fiant in pctõ moꝛtali: opoꝛtet ꝙ reiterantur. Vñ ſi alicui fuit in pñia iniunctum ꝙ dicat centũ pater nr̃: ſi dicat ea exiſtẽs in pctõ moꝛtali/ non implet pñiam: immo opoꝛtet ꝙ iteret ea exiſtens in gratia/ ſecus eſt de elemoſyna ⁊ ieiunio/ vt dictum eſt. Circa hoc ſciendũ ꝙ opera facta in caritate moꝛtificantur per ſequẽs pctm̃ moꝛtale/ ⁊ viuificant᷑ poſt veraꝫ pñiam ſi ſequatur. Sed illa que nunq̃ fuerũt viua .i. illa que fuerunt facta in pctõ moꝛtali/ nunq̃ poſſunt viuificari. Vñ⁹. Jlla reuiuiſcunt que moꝛtificata fuerunt. Sed non reuiuiſcunt que moꝛtua facta fuerunt.

¶ Ca. vi. Vtrũ vnus poſſit ſatiſfacere pꝛo alio.

